2639

N° 205.




Bibliothecæ
Joannis Caroli Roppan
adscriptus.

#

A°: 1446. d. 11. 9br am Tage Martini ist geschehen die erbärm-
liche Niederlage des Königs Uladislai bey der Stadt Varna von
dem Türckischen Kayser Amurathe dem Andern, da auf beyden Seite
über die 50000. Menschen sind blieben. Die Ursache zu solchem
Kriege ist gewesen ein Cardinal Julianus Cæsarius, der dem König
Ladislao gerathen, dass er den Vertrag mit dem Türcken aufs
greiffe, als ein Christ zu halten nicht schuldig wäre etc.
Conf. Andr. Hondorffii Calendarium Sanctor. et Historiar.
p Vincent. Sturmium fol. m. 642.

Bibliothek
des
Zentral-Instituts
für
Oberschlesische Landesforschung

Cracoviæ Callimachi Philippi Sepulchrum:

Aeneus est Tumulus, Mors aenea et aeneus ille
Qui legit hæc siccis tristia verba oculis.

Vid. Monumenta Sepulcrorum cum Epigraphis, p Tobiæ Fendt, Pict. Vratisl. edita in Fol. N°. 13.

A. 1563. d. 11. Nov. Casp. Peucerus Witebergae orationem habuit de Clade Varnensi. vid. Tom. V. Declam. Philip. p. 802.

# P·CAL=
# LIMACHI GEMINIA NENSIS HISTORIA DE REGE VLA DISLAO,

ſeu clade

Var=
nen
ſi.

Cum priuilegio Imperiali.

113649
I
BIBLIOTEKA ŚL. PUBLICZNA KATOWICE
z Biblioteki

## Sigiſmundus Scheufler DD.D. Canonicus Friſingeñ. ſuo Ægidio Rem V. I. Doctori Canonico Patauienſi S. D.

CVm nuper mi Ægidi ea (vt ferebatur) inter Chriſtianos Principes teneret conſultatio, quibus maxime modis in Turcas bellū eſſet moliendum, cuiuſq̧ precipue Imperio gerendum, quod ea gens fœlici victoriarꝫ curſu tumida Chriſtiano nomini ſuperbe nimis inſultare, & iam Europę imminere, famaq̧ nihil non in maius extollente, quibuſdam Chriſtianorꝫ Regnis magis q̄ vnq̄ alias formidabilis eſſe diceretur. Cōmodum tunc in P. Callimachi Geminianenſis hiſtoriam de Vladiſlao Rege ſiue clade Varnenſi incidi/ quę diuerſa ſtudia/ & artes pace & bello duarū gentiū Polonorꝫ videlicet & Hungarorꝫ pro honore & cōmodo Regni cuiuſq̧ ſui adnitentiū/ atq̧ etiam q̄ vario Marte cū Turcis fuerit depugnatū, luculenter enarrat, In qua legenda (vt eſt ex Ciceronis ſententia magiſtra vitæ hiſtoria) obiter penſitandū occurret/ q̄ in rebus magnis/ magniſcreſcāt animi/ q̄to Regnorū damno rependantur ſeditiones, cum vel ſtudio partiū vel ambitione a ſancta reip. cura detorquentur hi quorū cumprimis conſilio & auctoritate tota res ſtat & cadit. Preterea q̄ ſæpe neglectus hoſtis cruentū certamen edat; q̄ nihil turpius ſit Regi/ q̄ regi/ nihil turpius duci q̄ duci hoc eſt aliorū indormire conſilijs/ & proprio parum aut nihil preſtare/ & prouidere. Demum quod malum conſiliū conſultori peſſimū, aliaq̧ ad condimentū vitæ & bonam eius frugem facientia pro guſtu quenq̧ ſuo ſubmonebunt. Proinde eam non indignam puto quę ab omnibus legatur/ preſertim vero Principibus qui ea aliquando in Hiſtorijs legere poſſunt/ quę ipſis aſſentatores non volunt/ amici non audent, & imperiti non poſſunt, dicere. Ad te aūt amicū eruditū & non vulgarem Callimachū non vulgaris notę hiſtoricū Strenarꝫ nomine mitto, deterſis quoad fieri potuit labeculis/ quibus ab inepto & ignaro ſcriba toto pene corpore aſperſus fuerat/ & ſpero tam gratum hunc tibi fore q̄ ſiquid vnq̄ id genus gratiſſimū, vel ob Callimachi nomen, cui ſi nihil addatur abunde ſatis laudis continet. Vtinā libros peregrinationū ſuarū, orationem apud Inno-

centium.VIII.Pont.Max.pro expeditione contra Turcas habitã aliaq; ingenij & eruditionis eius monumenta ex bibliothecis Polonię aut Hungarię conſequi poſſimus:Quod aũt hæc hiſtoria vſq; in preſens edita non eſt/in cauſa fuiſſe exiſtimo quod inibi certamina & domi & militię inter vtriuſq; Regni proceres habita explicantur,vbi diuerſis ſtudijs huc atq; illuc impellentibus caput & auctorem quiſq; ſuũ ſequutus magno feruore totus eo incubuit,& ſi quando mouerentur cineres timendũ fuit ne ſcintilla aliqua latens denuo ſuſcitaret incendiũ,tametſi ea vſus eſt modeſtia Callimachus vt neminem/mea quidem coniectura/inde irritari poſſe credam. Tu (quicquid id eſt) boni conſulas/curesq; vt a Calçographis faberrime excudatur,& ſi quid illi male audaculi allinere volent tuũ eſto patrociniũ: qui facile tua eruditione has Muſcas:nuſq; non aduolantes,abiges. Vale. Datũ Friſingę Kl's Januarij.M.D.XIX.

## IDEM

Accedit pretium gemmis: ſi Reme ferantur
A magnis cultu nitidiore viris.
Quod dignus: docto eſt & quod tibi miſſus amico/
Callimacho meritus concilietur honos.

¶ Sebaſtiani Rodtaler Canonici Collegiatę Eccleſię S. Andreę Friſingeñ. Epigramma ad lectorem.

Quiſquis amuratis Thurcarum bella Tyranni.
Hunniadiſq; cupit noſcere facta ducis.
Aut Varnę cladem: gemuit qua hyſtonis vnda
Pannonię Regem fata ſuprema pati.
Callimachi Hetruſci (longa experientia nomen
Cui dedit emerito) ſcripta diſerta legat.

## Eiuſdem Diſtichon.

Varnę Traiicij quam viderat accola ponti
Stragem Callimachi continit hiſtoria.

Arſatij Prunner cauſarum procuratoris in Conſiſtorio Friſingeñ. Epigramma ad lectorem.

Magna tibi vtilitas e paruo codice lector
Ceu tenui fœnus creſcere ſorte poteſt.
Alea quo fati Varnenſi turbine iacta/&
Palladis horrendę cernitur ipſa manus,
Inſuper & rerum variarum ex ordine geſta
Plurima, Callimachus doctus abunde canit.
Perge ergo vt laqueos rumpas ignobilis oci
Et lege non tritę ſedulus artis opus.

## ¶ P. CALLIMACHI EXPERIENTIS GEMInianenſis in Hiſtoriam de Vladiſlao Poloniæ & Hungariæ Rege ſiue clade Varnenſi ad Cazimirum Poloniæ Regem illius fratrem Præfatio.

PEtrum de Buyno Vladiſlauienſem Epiſcopū deus naſci Rex inuictiſſime in regno tuo voluit non ſolū vt eſſet in hijs quę ad rem diuinam attinent quoddā priſcę ſanctitatis ſpecimen vereqꝫ religioſorū pontificum imago, ſed etiam vt haberes in humanis conſiliarium prudentia fide conſtantia grauitate antiqua, p̃ditum, is aliquando cum Diuo Cazimiro filio tuo qui aut omnino nunq̃ naſci aut perpetuus eſſe debuit ſermonem cum haberet de rebus a maioribus tuis magno animo excellenterqꝫ geſtis deſcendiſſetqꝫ tandem in mentionem Vladiſlai illuſtriſſimi fratris tui quem ſibi Hungari p̃fecerant poſt Regis Alberti mortem/& ſimul multa repeteret de varietate fortunę actionūqꝫ & conſiliorꝫ quibus Hungariā tenuit vſqꝫ ad pugnam illam cum Turcis poſt quā in terris minime comparuit viſa eſt ambobus res digniſſima quę literis mandaretur vt puta quę legentiū animos p̃cipua quadā voluptate explere poſſet propter ancipites varieqꝫ memorabiles euentus rerum ac temporꝫ in bellis quę mira illic caſuū viciſſitudine aut protrahi aut confici contigit/quandoquidem per id tempus viribus ſuis Hungaria nō ſecum tantūmodo per ciuilem diſ

ſenſionem ſæpe conflixit ſed in externos quoq; ſtudio religionis
noſtrę arma ſub Vladiſlao mouens fœlicitate pugnandi adeo cę-
terorum Chriſtianoꝝ ad Turci nomen fractos deiectosq; iam-
pridem animos erexit vt pauci admodũ in tota Europa tunc fu-
erint qui ad Chriſtianę rei ac nominis defenſionem vel momenti
vel conſilij aliquid nõ attulerint. Petierunt igitur a me id negotij
aſſumi & literarũ lucem adhiberi dictis factiſq; per ſe qdem ſplen
didis ac magnificis ſed quę obliuione paulopoſt obſcura forent/
ſi ſcriptorũ monumentis nõ illuſtrarentur. Itaq; ego qui ſcirem
meũ eſſe conſiderare nõ quantũ poſſim ſed quantũ debeam ſtu-
dij operę facultatiſq; cõferre tibi ac tuis omni venerationis ac lau
dum genere celebrandis & ſi fieri poſſit conſecrandis/interq; im
mortales ac beatos referendis quippe quod vltra etiam q̃ impu-
dentis votum optare auderet me adeo extuleris atq; ornaueris &
nec quidem tibi aut domi aut foris augendi mei locũ reliqueris id
quod in tuam tuorũq; laudem ac gloriam petebat̃ pro virili mea
me facturũ recepi nolui eñ cũ referendi aliqñ tibi gratias faculta
tem minime ſperare poſſem videri & voluntatem defuiſſe. Licet
igitur intelligerem plus mihi imponi q̃ quod apertiſſime ferrem
quoniã vero in alterutro peccandũ erat ſubire ineruditi ingenij q̃
ingrati animi notam malui. Nam etſi ſcribendo illuſtriſſimi fra-
tris tui ſublimia facta verbis minime ęquauero cum virtutis etiã
infœlices exitus laude nõ careant non dubito futuros quos grati
animi mei voluntas moueat vt quare ſcripſerim potius q̃ quo-
modo conſiderent. Tu quoq; qui me in re iſta plus auſum q̃ prę
ſtare poſſe ſperarem/minime dubitare debes nõ mihi ſed fortunę
meę aſcribendũ eſſe quicquid eſt quod in tuam tuorũq; gratiam
nõ efficio. ¶ Cęterũ priuſq̃ explicandoꝝ ſeriem aggrediar cum
regionum de quibus habenda eſt mentio tempus plęraq; nomina
cõmutarit quo facilius vbi & a quibus nationibus quicq̃ geſtũ
ſit intelligatur maxime ad rem pertinere putaui earum terrarũ ſi-
tus veteresq; appellationes quantũ diligentia & coniectura con-
ſequi potui nominibus quibus hodie nuncupant̃ accomodare.
Vltimi Europę ad orientem ac ſeptentrionem anguli/quem Sar
matiam dixere meridionale latus quantũ eſt inter Thyram Axia-
cumq; amnes ad Euxinũ mare porrectũ, & plęriſq; in locis ma-

xime circa littus ponti etiam vltra Axiacum Podolia nunc appella= Podolia.
batur / inde Ruſſia eſt vſq; ad Boriſthenem cuius vtramq; ri= Ruſſia
pam vbiq; ſurſum ad caput ipſius obtinet, deinde inter orientem
ac ſeptentrionem conuerſa ſupra Tanais ortũ & Ryphęos mon
tes porrigitur a quibus altera demũ fronte in Sarmaticũ oceanũ
vltra Cherſoneſſũ ad Furſtam fluuiũ / altera vero in Aſiam ad Hy
perboreos Hippophagosq; ſarmatas p̄currit. Quicquid vero ve
lut a tergo Ruſſię inter ipſam Tanaimq; & Meotidem remanet Tartari
Tartari tenent / Lituania vero interiora Sarmatię ad Veneti= Lituania
cos Bondinosq; montes obtinens qua meridiem atq; orientem
ſpectent Ruſſię obtenditur / eius autem ſeptentrionalia Liuonia Liuonia.
excipit ac Pruſſia & Pomerania quę regiones a Bondinis Alanis
q; montibus reliqua Sarmatię occupant vbiq; ad oceani littus.
Ab occidente vero ad Lituaniam iungitur Maſſouia circa ripas Maſſouia
Hyſtulę fluminis qui ab ea parte terminus eſt Sarmatię ad ſupe=
riora Hyſtulę ad fontem tamen campos inter montes qui Sarma
tici dicuntur atq; ortum hyſtulę interiectos p̄terea montes ipſos Poloni
Sarmaticos Poloni tenent quorũ regio in finibus vtriuſq; poſita
tantundem fere in Germaniã quantũ in Sarmatiã protendit per
ea loca quę Ombrones Saboci / Sydones & Viſburgi ab initio
incolebant. Cæterũ qua Germaniã incurrit coniungitur Sileſiæ Sileſia
quam ſubinde Morauia a tergo occidentem verſus excipit. Sileſiã
vero & Morauiam quam olim & Marcomanni tenuere ſub rege
Morobaudo a quo Morauiam mutatis abiectisq; quibuſdã lite
ris dictam crediderim / hijs duabus regionibus Boemia ad Aqui= Boemia
lonem inter montes qui Sudetę dicti & ſyluam Semanã adiacet.
Hungaria vero quę Pannonia dicebatur nõ vbiq; vt olim Danu= Hungaria
bium habet ad Septentrionem ſed ſuperato flumine hinc in Ger=
maniam illinc in Iazigas Metanaſtas ſe extendit verſus Carpa= Iaziges Metana=ſtæ
thium montem ſub quo Scepuſiũ a Polonia procurrens in fines
Hungarię deſinit, reliqua vero Iazigũ Metanaſtarũ & adiacen= Tranſil=uania
tia Tybiſco amni Hungari Tranſiluaniã vocant cui adiuncta eſt
montana Valachia inter Danubiũ & Carpathiũ quę a maiori= Valachia
bus Dacia vocabatur huic velut a tergo ad occidentem appoſita
eſt Boſſina quã Raſcia & Seruia contingunt illis in locis cum ea Boſſina
ſitę q̄bus ſuperior Myſia & Dardania olim continebat ad Bul= Bulgaria

gariã inferioris Myſiæ partem/& vtrumq; latus Hemi montis iugaq; ipſa obtinet vſq; ad Tryballos in quos Boſſinę orientale latus deſinit. Altera vero Valachia cui Moldauię nomen eſt a flu-

Moldauia

mine hoc tempore apud antiquos inferioris Myſiæ pars fuit/ p̄tenditur aũt inter Danubiũ & Thyrã ab Geraſſo amne montanę Valachię termino vſq; ad Euxinũ. Harum aũt regionũ fines oẽs, nationesq; eas incolentes atq; vrbiũ ſitus deſcribere ſuperſedi nõ quia longũ fuiſſet & laborioſum/ſed quia ad hiſtorię inſtitutũ ſatis quę dicta ſunt ſufficere putaui. Eo tantũmodo adiecto Cracouiam ſcilicet ſedem Regiam in Polonia Budam in Hungaria/ Vilnam vero in Lytuania Metropolim eſſe ac principis domicilium.

## P CALLIMACHI EXPERIENTIS DE VLADISLAO REGE SIVE CLA DE VARNENSI. LIB.I.

SIGISMVNDVS Rex Hungarię qui vltro ad Imperiũ accitus Boemos quoq; ſibi poſtea ſubiecerat tãta moderatõe annos ſupra quinquaginta regnauit vt cũ ſine virili prole tandem mortem obijſſet Hungari nemini ſubeſſe maluerint q̃ Duci Auſtriæ Alberto cui iampridem Sigiſmundus vnicam filiam ſuã matrimonio iunxerat videbatur leniri poſſe deſideriũ mitis & ſancti Regis ſi eius filiam apud ſe regnare intuerentur quę perſuaſio ſubinde etiam pene profuit illius nepoti nondũ nato. Nam cũ Albertus quoq; haud multo poſt delatũ ad ſe regnum grauida vxore vita exceſſiſſet optimates Hungarię frequentes vnacum oratoribus Deſpoti Raſcię ac Cilię Comite ad Reginam Budę agitantem conuenere cœptumq; eſt agi de Regni ſtatu conſtituendo & primo quidem nõ exaudiebantur p̃ter voces/fœlicem fauſtũq; partũ Reginę ominantiũ aſſerentiũq; minime prius de nouo rege referendũ q̃ illa peperiſſet deberi id recentibus Sigiſmundi meritis qui paterna in oẽs

caritate omnes tenuiſſet/non tentandam temere fortunā externis
regibus experiendis cum domi iam forſan affuturus qui aui ſui
eos ęquabilitate gubernaret valuiſſetq; publicus fauor & gratiſ
ſima omnibus Sigiſmundi memoria ſi Ioannes Hunniadianus
ante omnes prioris ſuæq; ætatis magnos viros rerum militariū
ciuiliūq; artium peritia memorabilis vrgentiū periculoꝝ nō ad=
monuiſſet/propter Sunderouiū oppidū cum vniuerſa pene Ra=
ſcia iam tum a Turcis occupatū ſublatūq; veluti murū quo illis
obiecto Hungaria ſatis tuta videbatur ea vox quaſi frenū a mor
tui gratificatione curam omniū in pręſentes neceſſitates conuer=
tit cœpereq; ipſorū animis obuerſari regni orbitas & Thurcorū
maiores indies vires iterq; ad ſe plane illis patefactū/ preterea in
partu Reginę & vt votis omniū correſpondiſſet dum puer coa=
leſceret parum momenti fore conſtabat ad regni curam & tutelā
cum interim virorū animi muliebre regimen aſpernarent̄ ꝓpter
imbecillitatem plęrūq; illi inſitam ſexui & ſi curatores poſthumo
aſſignarent̄ intelligebant Regiū faſtum Regiasq; cupiditates in
pauloante paribus conditione vel perferre/vel explere duriſſimū
fore/ſed & Regina nō mediocriter animo ſollicita haud ſatis cō=
ſtituebat ſecum quidnam maxime in deliberatione tam ancipiti eſ
ſet expetendū cum aut filio ſi naſceretur regnum abrogandū/aut
Turcis prodendū appareret/ſed neq; exploratū habebat marem
naſciturum vel tam beniuola in ſe & ſuos Hungaroꝝ ſtudia et=
ſi difficultas aliqua ingruiſſet ad extremū ꝑmanſura/diuerſis igit̄
diuerſa ꝓbantibus nihil æque ab omnibus laudabat̄ ꝙ ſi Vladiſ
laus Rex Polonię pauloante puberem ætatem ingreſſus cuiusq;
indoles ac virtus velut humanū modū ſupergreſſa iam tum ma=
gno famę conſenſu celebris erat/viduam Reginā vxorem duce=
ret vtriuſq; gentis rerū ſummę p̄futurus id vnicū columen ad=
uerſus domi foriſq; īminentes turbas/ſi ea affinitate Polonorū
robur inuictū rei Hungaricę iungeretur/Sed nihil æque Vladiſ=
lai aſſenſum remoratuꝝ apparebat ꝙ naſcendoꝝ ſibi liberorum
incerta ſucceſſio/ꝓpter ventrem quem Regina ferebat/atq; ideo
nō aduerſante illa in id conſenſum quod ſi puer naſceret̄/Auſtrię
ac Boemię/liberi aūt noui regis ſi qui procrearent̄ in Hungaria
regnarent/eaq; conditione regnū & coniugiū perferri ad Vladiſ

latum placuit/Ita tamen vt prius de liberorũ ſucceſſione diceret
ꝙ ex diuerſo eius rei mentio nata foret deſignati ad id munus om
nium conſenſu Epiſcopus Strigonienſis, Mathico Thalautius,
Emericus Marcellus, Ioannes Peremus, Vladiſlaus Palocius/qui
bus Cracouiã venientibus Vladiſlaus ad mille paſſus obuiã miſ
ſit/fratrem ſuum Cazimirũ a quo mutua gratulatione ſuſcepti
atq; in ciuitatem inducti ſunt/poſtridie vero in curiam acciti, ita
ad Regem verba feciſſe tradunt. ¶ Si vicinitas & rerũ varię occa
ſiones/ac tempora nõ coniunxiſſent regnũ noſtrũ cum tuo/mul
tis fœderibus officijsq; mutuis virtus tamen & fœlicitas tua rex
inclyte nobis digniſſima viſa foret quę dubijs rebus noſtris im-
ploraretur cum enim cordi non fuerit Deo Opt. Max. Albertũ
apud nos regnare in cuius electione ſequuti eramus nõ quod ex
pediret/ſed quod a gratis animis recens atq; eadem acceptiſſima
omnibus Sigiſmundi memoria expoſcebat, quod facturi prius
fuerant, ſi ſaluo officio licuiſſet/Te qui Rex noſter ſis vniuerſi
quorũ intereſt vnanimi ſententia elegerunt/omittimus illa proſe-
qui quod indoles tua vere regia quod maiorũ tuorũ decora/il-
los pellexerint vt crederent te vnum tam ampliſſimis duobus re-
gnis vtiliter pręeſſe poſſe/coniuncta eſt vtriuſq; gentis fortuna
& proſpera omnia vtriſq; ſemper fuiſſe animaduertimus/niſi cũ
mala quępiam ratio conſilia & res alterius ab altera ſeparauit. Sic
olim Gotti/ſic Vandali/alięq; gentes pene ignotos terrarum tra-
ctus/ſic poſtea Tartari per Poloniã in Hungariam primo dein-
de in alias etiam regiones irrupere/ſic niſi eandem mentem tibi ad
ſuſcipiendum regnum quam noſtris ad deferendum Deus dede-
rit, prope eſt quod ominari animus horret vt Turci patefacta ſi-
bi Hungaria in vos inde bellum vaſtitatemq; conuertant/dum
pro Raſcia & Bulgaria quę duo ſepimenta Regni noſtri erant
lentius paulo ꝙ expediret arma nuper induimus in diſcrimen re-
rum noſtrarũ venimus & bellum quod ab alienis finibus pro-
pulſare oportuit in noſtris cogimur ſuſtinere/ſi nihil vltra peteres
ꝙ vt ſuccurreres diſcrimini noſtro vtiq; pręſtaret aliena defende-
re/ꝙ pati ſua in periculis rapi/Nunc quando non ſola tutela/ſed
ius & arbitrium opulentiſſimi Regni ad te defertur quid eſt quod
maximopere a te deliberandum ſit debeas ne cum tam ingenti &

glorioſa mercede eam dimicationem etiã geminatis viribus ſuſci=
pere/cui noſtris copijs noſtriſq; armis ſemper pares fuiſſe nos ſci
as periculum eſt arbitramur ne ſemiermem & ex fuga pugnan=
tem hoſtem quem ſine vllis externis auxilijs prope cõtempſimus/
ſi tu paululum cum tuis anniteris finibus noſtris nõ ſubmoueas
nomen hercle tuum ſine vllis armis ad id ſuffecerit vel ſi molien=
da vis erit haud in difficili conatu regni vtriuſq; rem perpetuo ſta
biliens/Neq; ideo quod vltro expeteris relinqui omnia deſperata
a nobis putes in maximo multorum ambitu/ te iudicio non ne=
ceſſitate prętulimus qui ſcires æque/atq; illi Regnum admini=
ſtrare. Sed comodius forſan tueri nos iunctis vtriuſq; Regni
viribus poſſes, & inprimis deberes propter communia vtriuſq;
diſcrimina. Silemus fœlicitatis cumulũ qui exinde Maieſtati tuę
accedet quantum verę glorię & in pręſens & ad poſteros conci=
liauerit tibi tam inclyti Regni de virtute tua conſenſus/ quanta
laude effereris quod tam benigne de te ſentientes gratiſſima volũ=
tate in fidem ſuſceperis qui omen deus auertat ſi repudiati in di=
ſcrimen raperemur omittimus quod eadem fortuna res tuas ma=
net non ſolum vicinum ac ſocium regnum in periculo deſtituiſſe
diceris verumetiam euertiſſe columen ac propugnaculum Chri=
ſtiani nominis cuius Maieſtas viribus armiſq; noſtris ſtetit hacte
nus ſtaturamq; confidimus/ſed & fortunam dicunt volubilem
deam/nec facile poſtea comprehendi ſi ſemel oblata contemnitur
Non libet gloriari benignitate cœli ac terrę quam regno noſtro
natura indulſit/neq; vicinitas neq; magnitudo rerum geſtarum
illius eam te ignorare permittit, ſingula illic ſunt eiuſmodi vt ma=
gnis periculis etiam bello expeti debeant/nedum ſponte oblata ſu
ſcipi/atq; vt intelligas quod ſimul omnia conſentiunt ad fœlici=
tatem tuam idipſum quod nos petimus Regina in qua aliquid
momenti in contrarium videri potuit/etiam vna nobiſcum petit
pignuſq; & ſtabilimentũ tam ſalubris vtriq; genti incepti matri=
monium ſuũ offert/Ea eſt ipſius nobilitas & fortuna vt magno/
pere probari poſſit abs te/forma vero & ætas non contemni/ſed
neq; in tanta deliberatõe audienda eſt mentio de rebus tã caducis
& momentaneis/neq; voluptatis gratia initur matrimoniũ maxi
me inter Reges a quibus nihil aliud quęri ſolet ꝙ dignitas vt ꝙ

illuſtres ſucceſſores relinquant. Et ſi altius attenditur ꝓpterea qḋ Regna nō niſi vnum capiunt illarū coniugia maxime ſunt expetenda a regibus quę minus fœcūditatis videnť habitura. Tu modo illa quę aliȷ̄ per ferrū ac ignes aſſequenda non dubitarent vltro ad te delata nō ſpernas/nec velis eſſe aut dici minus fœlix ꝙ̄ deus atq̧ homines velint. Dum hęc agerenť peterenť q̧ ab Hungaris/aderant etiam Turci oratores/quos iampridem miſſos deprehenderat in via mors Alberti/qua ſeu vere incomperta ſeu ad tentandum diſſimulata pegerant mandata offerebat per eam legatōem Amurates Turcoꝝ Imperator militem ac pecuniā Vladiſlao ad gerendū bellum contra Albertū in Bohemia quę mortuo Sigiſmundo in duas factiones abierat & vna quidem Cazimiro Vladiſlai fratri regnū deferebat/altera propter vxoriā ſucceſſionem Albertū ſequebať/Cęterū fœdus in id ſanciri petebat qḋ redacta vniuerſa Boemia in poteſtatem Cazimiri Vladiſlaus ab amicitia & fœdere Hungaroꝝ abſtineret. Itaq̧ cum defuncto Alberto res integra nō eſſet/Oratores per varias ſimulationes Cracouiæ retinebanť in expectationem quo res Hungarica poſt Regis mortem inclinaret. Eos quod ex vultu facile notari potuit vbi per interpretem quę poſtulata erant cognouere/ingens meror cœpit & ſubita conſternatio animoꝝ. Sed neq̧ eodem ſenſu a Polonis omnibus accipi prius oculi & facies motusq̧ diuerſi deinde etiā verba indicauere cum eſſent qui dicerent nihil p̄terꝙ̄ bellū offerri ab Hungaris poſt cęteros omnes fruſtra imploratos ad ſe iri minime idonus aſſumendū qḋ cęteri omnes ferri poſſe deſperaſſent/ſed & malę rationis eſſe regem ſuum dimittere vt pegre regnaret omnia futura in Regno turbarū plena & ſeditionū ſi ſine rege agitandū foret/neminem vnq̄ cenſuiſſe/aut nauem ſine rectore/aut exercitū ſine duce eſſe oportere/aut vnūquempiā duabus nauibus duobusue exercitibus vtiliter comodeq̧ p̄eſſe poſſe/nō eſſe exploratū homini quid indies accidere valeat infinita pene quę abſente rege regnum perturbare queant proceſſurā improborū licentiam in infinitū. bonis vero p̄ſidium & tutelā defutura/ſed vt cętera tolerari poſſent perpetuū bellum qḋ domi gerendum cum Tartaris certe nullo modo ſine Rege aut ſuſtineri/aut ꝓpulſari poſſe. Quorū ſententiā Vladiſlaus cuius iuuenilis

animus abhorrebat ab eo matrimonio quod cũ regno adeundũ
erat cũ Regina grandęua foret facile ſequebat̃, aliјs multis in con
trarium nitentibus inprimisqꝫ Oſtrorogeo Dobrogoſio & Cy
ſouenſi Ioanne cum Gregorio Sanoceo diuitias viresqꝫ regni qđ
offerebatur extollendo Turcorum vero res deprimendo magno
animo conditionem ſuſcipiendã affirmabant quę de Regis abſen
tia dicerentur nihil ad rem attinere iampridem aſſuefactos homi-
nes etiã ſine eo agitare cum ſæpe in Lituaniã ſe recipere ſolitus eſ-
ſet viciniorem qꝫ eſſe Budam Cracouię ꝙ Vilnam de iјs quę ti-
meri ſperariue poſſent facile eſſe iam cum volente rege ſtatuere/
quod ſi quid inopinatũ caſus afferret/Regem futurũ in propin-
quo coniuncta eſſe inter ſe Regna ita vt nõ quaſi duobus ſed vni
tantũ regno Rex eſſet ꝑ futurus & eo magis fore in vtroqꝫ vene-
rabilem ꝙ vtriſqꝫ inuicem cuiqꝫ alterius vis notior eſſet/& aucto
ritas contra furtiuas Tartarorũ incurſiones ſatis ſupqꝫ indigenas
Podolię ac Ruſſię ſufficere/Qđ ſi iuſtum bellũ inferret̃/multo
facilius fore illud vtriuſqꝫ regni viribus ꝓpulſare/non eſſe tantę
glorię occaſionem omittendã vt Rex polonię etiã in Hungaria
regnare diceretur & vnus prę cæteris principibus viſus qui tantũ
Regnũ rite regere ac tueri poſſit/nullam conditionem repudian-
dam nullũ periculũ non ſubeundũ pro tam ingenti laude/nõ in-
ferri id bellum Hungarię in quo tantũmodo libertas foret amit-
tenda/ꝙꝙ quid non audendũ ſubeundũqꝫ pro libertate/ſed ma-
gis ne degenerarent omnes a moribus inſtitutisqꝫ maiorũ/ tem-
plaqꝫ & ſacra omnia ꝓphanarent̃ ſepulchra parentũ dirui & oſ-
ſa diſſipari coniuges vero ſororesqꝫ & liberos aut ad ſeruitutem
aut ad libidinem rapi intuerent̃/longe pręſtare tantã immanitatem
ſubmouere in alienis finibus ꝙ in ſuis poſtea ſuſtinere nullã vnqꝫ
ętatem taciturã immortalem gloriã quã adipiſcerent̃ ſi tam cala-
mitoſam neceſſitatem a ceruicibus Regni imprimis inclití ſed &
vicini & fœderati & quod nõ niſi per ſummũ ſcelus deſeri poſ-
ſet ꝓpulſaſſent/Ad hęc ſolam famã eo inter ſe vinculo coniuncta
rum viriũ duarũ inuictarũ nationũ ſatiſfacturã ad Thurcũ Tar
tarũqꝫ intra fines ſuos continendos.¶Et iam deducta eo res erat
vt nemine aduerſante Vladiſlaus conditionem ſuſciperet cum re-
nunciatum eſt Reginã poſthumũ ex Alberto peperiſſe/Itaqꝫ cũ

videretur Vladiſlaus fruſtra vxorem ducturus ſi filij ſui ad Re-
gni ſucceſſionem peruenire non poſſent ex integro tota res cœ-
pta eſt repudiari/Sed vbi Oratores Hungari explicatis omnibus
quę apud ſuos conſtituta erant etiam de filio ſi naſci contingeret
hanc quoq; difficultatem amouerent Rurſus expugnatus eſt
Regis animus vt ad gloriam & amplitudinem tantarũ rerum ſe
potius erigeret q̃ deprimi pateretur a breui voluptate quam ex
viridiore vxoris alterius ætate conſequi poſſe arbitraret. ¶De-
creta igitur dies ſolennis & templum auguſtius in arce Craco-
uieñ. vbi reſponderetur Hungaris ibi cum frequentiſſimi ex om-
ni ordine ad ſpectaculum conueniſſent vniuerſiq; Regni proce-
res in ſuggeſto ad id pręparato conſediſſent Conuerſus ad Ora-
tores Vladiſlaus vbi protulit ea quę pro loco & tempore ad
grati animi teſtimonium propter pręſens in ſe beneficium viſa
ſunt attinere Quod bene verteret vtriq; genti quibus conditioni-
bus ad ſe delata erant ius & tutelam Hungarici Regni ſuſcipere
profeſſus eſt quantumq; humana ope fieri poſſet daturũ ſe ope-
ram dixit ne tam benigni de ſe iudicij Hungaros pœniteret ipſo-
rum iam eſſe curare vt quę ſuorum nomine ſpopondiſſent rata
permanerent/ſe in tempore promiſſis ſuis affuturũ/Sub hanc vo-
cem ſecutę acclamationes fœlicia omnia vtriq; genti ominantiũ
& in publica gratulatione laudes deo & grates actę omnibus in
templis Thurcis ſubinde rñſum rerum mutationem quę mortem
Alberti ſubſecuta eſſet eorum legationem irritam reddidiſſe. Cę-
terum quando & in Hungaria Vladiſlaus erat regnaturus factã
exinde maiorem occaſionem fœderis amicitięq; ineundę ſi modo
ea res cordi foret Amuratho & ſi finibus ſuis contentus pacis cõ-
ſilia complecti vellet. ¶Hungari rñſo accepto conſtituere inter
ſe illico vt alij apud Vladiſlaum remanerent qui eius in Hunga-
riam profectionem vrgerent, alij ad Reginam optimatesq; per-
ferrent ea quę acta erant & decreta in Polonia manſere Epiſco-
pus Strigonieñ & Vladiſlaus cæteri gratulabundi retro iter ad
Reginam conuertere viſum eſt Vladiſlao mittere cum illis etiam
legatos ſuos qui tam Reginę q̃ optimatibus publice ac priuatim
gratias agerent tempusq; aduentus illuc ſui nunciarent decre-
ti igitur ac miſſi ad eam rem obeundam Sandinogius Oſtroro-

geñis & Ioannes Cogneſpoleñ. ſcriba Regius, Cæterum feſtinantibus Hungaris vt quę ad nutum ſuorum fœliciter tranſacta putabant nunciando omnes gaudio opplerent/Poloni in via ſubſiſtere paulatimq; ſubſequebantur/ Interea Regina ſeu quia deſperaſſet marem parere/cum natum videret in ſpem tantarum rerũ/ crudele nimium & immane appariturum ſenſit/ſi veluti propter noui mariti charitatem ſacratiſſimorum affectuum oblita/mater a debita ſucceſſione Regni filiũ excluſiſſet/ſeu adducta perſuaſionibus quorundã qui rei Polonicę male affecti erant/pręſertimq; Comitis Cilię qui tutorem ſe poſthumi fore/ac ſummã rerum obtenturum credebat/ſententiam mutauerat/atq; ideo redeuntes ad ſe Oratores ſuos in vincula coniecit/moxq; voluntatem ſuã immutatã ꝓuulgauit/Ea res prout cuiuſq; animus ad hanc vel illam perſuaſionem acclinatus/accipiebatur/ nõnullis indigniſſime ferentibus tam ſalutare vtriq; Regno incœptum vel vnius mulieris inconſtantia vel Comitis Cilię cupiditate in irritũ verti & Reginę ſi ꝑſuadendo adduci nequiret vt conuentis ſtaret afferendam vim cenſentibus cum videretur ſpes profligandi externum bellum in id recidiſſe vt ſi Vladiſlaus proſequi perſeueraret euocationem ſuam Regnum domeſticis ſeditionibus lacerari oporteret/apparebat enim fore qui omnia extrema paterentur & facerent priuſq; publicam & cõmuni conſenſu datam Vladiſlao fidem violarent/& q ſpe melioris fortunę ſi res tumultuarentur in contrarium agerent Reginęq; aſſiſterent/Multi etiam diuinitus eam mentem Reginę datam interpretabant̃ quaſi deo eam Regnorum inter ſe veluti confuſionem improbante in qua vt inficiari nequiret quędam ineſſe cõmoda ſubmouendo bello quod a Thurco immineret Maieſtas tamen & nomen rei Hungaricę interitura eſſet actionumq; omnium gloria domi atq; foris ad Polonos peruentura neminem vnum exinde crediturum ab Hungaris peregrinum Regem alia ratione acitum niſi quod ſine Polonis ſubſiſtere deſperaſſent/Vladiſlaum quoq; propenſiore affectu erga ſuos futurum ſatis experiendo compertum prioribus temporibus Hungariam ad retinendam dignitatem ſuam externa ope non indigere/Deniq; deum ipſum in partu Reginæ plane indicaſſe quem Regem vellet apud eos eſſe. ¶ Hæc

& plura eiuſmodi iactabant̃ non vulgo ſolum verumetiã in conciliis optimatũ/ſed & ciuitates nõnullę imprimiſq; Caſſouia Baradinum Lubolia Cremnicia & cæterę finibus Polonię obiectę Iam tum in tanta voluntatũ varietate imminentiũ certaminũ diſcrimina intuentes vt otioſe rei euentũ expectarent/comportatis intra mœnia eis quę vſui fore credebãt ſeu ferendę obſidioni ſeu ad vim ꝓpulſandã ſi ingruiſſet/foſſas/muros/ꝓpugnacula/impigre reficiebant ac firmabant/quę vt agebant̃ vulgo ad legatos Polonos delata eos vt retro in patriam iter verterent adegerunt/Et cum a Regina impenſius reuocarent̃/non auſi ſunt illius ſe fidei cõmittere/Quod ſi feciſſent fama tenuit potuiſſe facile omnia in integrũ/re tunc recenti per ipſos reſtitui/nõ ſolum Reginę voluntas immutata/ſed cedes etiam Sigiſmundi Ducis in Lituania ſub idem tempus cõmiſſa/ſecutęq; illam diuerſę ibidem factiones/& fames/qua deperditis frugibus ꝓpter ęſtatis intemperiem eouſq; laborabatur/quod promiſcue cũ pecoribus nõ humanis cibis ſed arborũ corticibus cannarũq; radicibus mortales veſci cogebantur/hyems p̃terea inuſitate conſtanterq; rigens vſq; ad pernitiem iumentorũ hominũq; ad extremũ lues qua inſolitis alimentis fluida labefactaq; corpora vulgo extabeſcebant poterãt Vladiſlaum a tranſcendendo in Hungariã retinere ſi modo fatales neceſſitates euitabiles eſſent Itaq; tam multis aduerſis pene inuitum retinentibus ille nihilo ſegnius ad tranſitũ equos/arma/militem p̃parabat/indicto conuentu in Sandetio in quo referretur ſtatueretur q; tam de rebus domeſticis conſtituendis/q̃ de ordine proſequendi ſuſceptam ꝓfectionem/p̃ceſſerant Vladiſlaum ad locũ conuentui deſtinatũ mater eius Regina Sophia/Duxq; Maſouię Boleſlaus/Et pręter paucos qui Regem ſequebant̃ vniuerſi etiã Regni ꝓceres & Lituanorꝝ legatio/itaq; vbi Rex cũ fratre ſuo Cazimiro aduenit/Lituani prius auditi qui principatũ ſuũ poſt cedem Sigiſmundi in tumultu eſſe dicebant/& diuerſis factionibus laborare/optimatibus Vladiſlaum pro principe habendum cenſentibus/multitudine vero ad Michaelem Sigiſmundi filium inclinante/ſed & Suidrigalem qui & ipſe ex principũ erat progenie/nonnulla oppida occupaſſe/Ruthenorũq; primores ſpe nouarum rerũ quottidie ad illum congregari p̃terea Ducis Maſouię

copias Droicinũ expugnaſſe atq; ideo niſi ſubito ſuccurreret̃ pro
pe eſſe vt factionibus inteſtinis Lituanoꝝ nomen ac res intera-
iret/de quibus cum ſententię rogarent̃ q̃plures erant qui Hun-
gariam omittendã ſuaderent/amplexandãq; conſulendi rebus ſu
is domi occaſionem oblatã per inconſtantiã Reginę/ſatiſfactũ
eſſe fœderatę ac vicinę nationi/tutelam ipſius/cum id efflagitaret
ſuſcipiendo/Nunc quando per illam ſtaret quominus conuenta
perficerent̃ temerariũ videri ſi neglectis oportunitatibus ſuis cũ
periculo alienos etiam inuitos ſeruare aggrederent̃/Tunc demũ
fuiſſe glorioſum Polonis in Hungariã proficiſci/quando contra
Thurcos aduocabant̃/Nunc inteſtinis ciuilibusq; certaminibus
immiſceri/calamitoſum & turpe fore/dimittendos eſſe ad ſuos/
Hungaros legatos/ſi ſenſiſſent illi operępretiũ fore coniungi ęos
cõmunis Regis vinculo & ſocietate cũ Polonis/inuenturos quo
modo id ſine controuerſia fieret/culpam nõ ſeruatę in p̃ſens fidei
penes ipſos remanſuram/ Interim rem Lituanam ſtabiliendam/
Quorũ ſententiã laudabat imprimis Regina/tum quod ęgre filiũ
a ſe diuelli/ac peregre regnatũ ire patiebat̃/tum quod oriunda
ortaq; Ruſſia/magnopere angebat̃ patriã ſuam mutuis ſeditio-
nibus propter Lituanię motus periclitari Vladiſlaũq; & Cazi-
mirũ ſolicitos habebat res Lituana vtpote patrius & auitus prin
cipatus Sed & Dux Boleſlaus cuius intererat Regem nõ abeſſe a
Regno propter ſuſceptã a ſe contra Lituanos actionem quã iure
decidi cupiebat multa in eandem ſententiã diſſeruit. ¶Gregorius
vero cum Ioanne Ciſſouenſi & Creſlao Curoſuancheo cęteriſq;
qui iam tum a principio conditionem ſuſcipiendã perſuaſerant
dicere Hungaros aut non audiri oportuiſſe aut pacta implenda
Non propter illos tantũmodo conditionem ſuſceptã ſed quia cõ
mune periculũ propulſandũ eo conſtantius in incepto ꝑſiſtendũ
quo illi iam diſcordes inter ſe propiores eſſent vt alieno ſubderent̃
Imperio/tutius multo fuiſſe concordes initio quam in ſeditione
deſtituere/ſi viderent in incepto Polonos ꝑſeuerantes/depoſitu-
ros ſimultates redituroſq; in fidem omnes/Reginã quoq; ceſſu
ram viribus vbi eas adeſſe ſenſiſſet,ſi res cõmitteret̃ ſeditionibus
inteſtinis perituros aut ad alium quempiam ſe cõuerſuros/cuius
poſtea vel potentia timenda/vel imbecillitas maiori & ſumptu &

diſcrimine fouenda eſſet/Nihil ſatius ꝙ etiam per bellū ad inſtitutum peruenire/ſi tum demū abſtineret/& cupide ſuſcepiſſe & timide deſtituiſſe apparituros/Ad Lituaniā pacandā Cazimirum cum aliquibus copijs mitti poſſe/ſed & Lituanos moderatiꝰ ſe habituros intelligentes Vladiſlaū etiam in Hungaria regnare/Ad hęc Hungaroꝝ Legati parū momenti in Regina ad reſiſtendum vniuerſorū voluntati aſſerebant/paucoſqꝫ illi affuturos & eoſdem ſine auctoritate aut gratia. Eos aūt quos penes rei totius arbitrium ſatis intelligere nihil poſſe vtilius vtriqꝫ Regno & imprimis ſuo inueniri Non paſſuros ad nutū vnius mulieris ſummā libertatis ſalutiſqꝫ ſuę periclitari/abunde prius deliberaſſe ſtatuiſſeqꝫ quod optimū videretur Sed & Reginā facile aut ſanioribus conſilijs aut vi expugnari poſſe reduciqꝫ in ſententiā rectā proſequerent̄ modo Poloni ea quę cum ſumma ratione inchoaſſent.

¶ Decretū itaqꝫ ſcd'm Gregorij ſententiā vt progrederet̄ in Hungariam Vladiſlaus/Cazimirus vero cū certo numero copiarū in Lituaniā proficiſceret̄ adiunctis ei primarijs viris Derſlao Ritiſianeo & Palatino Lublinenſi, Cum Boleſlao aūt Maſouię duce indutias ſeruari placuit quod diu a Regno Polonię Rex abeſſet/eaqꝫ decreta ad cætera quę dicta ſunt de neceſſitate & cōmodis ſuſceptę ꝓfectionis pro reſponſo data ſunt Lituanis oratoribus/Deſignati ſubinde qui abſente Rege veluti vicarij in locis oportunis p̄eſſent ac ius dicerent, in p̄fectura quidem Cracouiana Ioannes Ciſſoueñ. in Poſnanieñ Petrus de Buyno/in Podolieñ Theodoricus Gunaſcanus/Vladiſlaus vero vbi ſatis conſtituta ꝓuiſaqꝫ reliqua apparuere/dimiſſis ceteris quoqꝫ ad munera ſibi cōmiſſa/cū illis quos delegerat ad conſtitutā expeditionem ꝓgredit̄/Matrem ac fratrem ſuū Cazimirū biduo ſe ꝓficiſcentem ꝓſecutos tertia die ab ſe dimiſit/admonito prius fratre qua ratione quibuſue artibus cū Lituanis agitare oporteret/Eduxit vero ſecū pręter militarem multitudinem viros magnos & magnis p̄fecturis honoratos/quos conſiliorū actionūqꝫ omniū ſocios adiutoreſqꝫ haberet/Imprimis Andream & Ioañ. Tancinenſes/Dobrogoſium & Sandinogiū Oſtrorogeos/duos Ioannes Tamouianos Vincentiū ac Scidouam Sciamatuleos Lucam Coremſem Nicolaum Laſſouianū & Gregoriū Sanoceū, is poſtea.xxv.annis pręe

fuit Metropoli Leopolienſi Sed tunc maxime ingenio florens &
doctrina videbat̄ ad omnia gerenda ſuadendaqꝫ facile idoneus &
de quo Rex plurima ſibi polliceri poſſet ad quęaccedebat cū de=
cora corporis proceritate p̄cipua quędam animi ſanctitas & reli
gio/in quibus adeo eminebat vt nemo Regi deum ꝓpiciaturus
facilius crederet̄/eaqꝫ eſt ſibi imprimis cura delegata/Cæterū vt
diuina per hunc Rex ꝓcuraturū rite ſe credebat/ita pręlijs conſe
rendis haud minus momenti fore putans in viribus leſconis Bo=
britij cuius robur & audacia maximo conſenſu vulgo laudabat̄,
ipſum quoqꝫ inter p̄cipuos educendū delegit fuit aūt Leſco auus
diuę fannię carminibus noſtris celebris/ſi qua tamen ex illis glo=
ria eſſe poteſt/inter progrediendū vero quotidie cateruatim con
fluebant ad Regem/alij multi ex Polonia impigri & magni viri/
partim ne velut ignaui repudiati viderent̄/partim cupiditate oñ=
tandę virtutis in tam nobili expeditione/cæterū volente vnoquo
qꝫ armis equis & reliquo apparatu eminere/incredibile memora
tu eſt ꝙ inſignis erat exercitus rerū omniū excellentia/cū fere mi=
les quiſqꝫ egregij ducis ſpeciem pręſeferret/fama etiā/vt in ma=
gnis conatibus vſu venit/omnia augebat/copiaſqꝫ & apparatū
bellicū vix tolerabilem Reginę/ad quam Dionyſius Archiepūs/
Ladiſlauſqꝫ Gara Banus & plęriqꝫ alij defecerant/nunciabat/
quę cum edixiſſet arceri Vladiſlaū/omnibus munitis in Hunga
ria locis/vbi receptū audiuit in Cheſmarchū ſollicita vt fit in re tre
pida/cogitationes in partes omnes cœpit agitare/cæterū ſeu de=
ſperans poſt adeo ingentem belli molem excitam pacis aut fœde=
ris audiendā mentionem/ſeu non inueniens apud ſe conditiones/
quę vtrinqꝫ ſuſcipi honeſte poſſent/ad ſuſtinendā vim cum ſuis
animū conuertit/imprimiſqꝫ cum haud ignoraret ſuſceptas vul=
go ꝑſuaſiones cęrimoniaſqꝫ aliquas in rebus nō leue momentū
hr̄e ſedandis concitandiſue populoꝝ animis Viſſegradū vbi pręerat Ladiſlaus Gara ꝓpere contendit coronā qua vetuſta religio
ne ac more Hungarię Reges initiant̄ in poteſtatem ſuā redactu=
ra,ne ſi eius Vladiſlaus potiret̄ veluti Rex legitim⁹ ppl'os ad ſe
conuerteret Itaqꝫ nō aduerſante p̄fecto penetrale in q̄ ſanctiſſime
aſſeruabat̄ cū effregiſſet illā tantūmodo extulit relictis cęteris in=
duuijs/quę ad ritū cęrimoniāqꝫ Coronandorū regū pariter ad=

hiberi cõſueuere/nec mora cũ oĩbus q palã ſibi ac poſthumo fa=
uebant in Comarꝝ ſe recepit. Alij vero qs aut nouarũ rerũ ſtudiũ,
aut per Legatos data fides Vladiſlao aut timor ne bello cogerenť
ſolicitos habebat quanto quiſqꝫ poterat comitatu quottidie ad il
lum confluebant in ea feſtinatione plęraqꝫ hoſtilia cõmiſſa ſunt
diuerſis in locis contra illos qui Reginę affuturi videbanť Impri
misqꝫ Simon Roſgonius Agrienſis Epũs cũ comperiſſet in op=
pido Emperiaſcio nõ vigiliarũ ordinem nõ ſtationes iuſtas ſer=
uari/ſed ſecure ac ſolute agitari per occaſionem noctu illud inter
cepit/Quo ſubinde firmato munitionibus ac pręſidio Cheſmar
chũ venit ibi Polonorũ animi/quos propter Reginę motus de=
miſſos labefactosqꝫ conſtabat/rurſus erecti ſunt & confirmati
Cum viderent ad ſe conueniſſe magnam partem ex primoribus
Hungarorꝝ quorũ auctoritatem cęteros ſecuturos/aut ſi q ad=
uerſarenť minimo negotio cogi poſſe apparebat/Itaqꝫ alacres re=
nouata ſpe/facile ac celeriter incepti perficiendi/alterã Lituanorꝝ
legationem/quę illuc vſqꝫ ad auertendũ in Lituaniã Vladiſlaum
ſollicita aduenerat/dimiſere retro ad Cazimirũ cui Lituanicę rei
cura delegata eſſet/& ſi plęriqꝫ quos nõ minus diſcrimina & pro
grediendi difficultas q̃ ea quę nunciabanť a Lituanis mouebãt/
cum Ioanne Tancinenſi vel illinc regredi in Poloniã ſuaderent/ſed
ne id fieret annuentibus Ioanne Iaroſlauieñ & Gregorio Sano=
ceo tenuit pudor famęqꝫ verecundia/Conſtitutũ itaqꝫ vt relicto
cum valido p̃ſidio ad cuſtodiã Cheſmarchi Nicolao Pereno Bu
dam verſus progrederentur/vtriuſqꝫ Regni copijs ſimul coniun
ctis/inter ꝑficiſcendũ lente/vt par erat tanto exercitui/viſum eſt
mittere qui Regni caput Budam p̃occuparent/ne Regina/ſi mu
niendi ſe illic facultas ſpatiũqꝫ daretur conatus Vladiſlai ac ſuorꝝ
ſubinde aut retardaret aut irritos redderet/Datum eſt ideo nego=
tium Agrienſi Epiſcopo & cũ eo miſſi Vincentius Sciamatulieñ
Andreas Tancinenſis & Leſco Bobricius eos vbi aduenere popu
lus intra vrbem vltro admiſit/ducendisqꝫ munitionũ operibus
manu & cætero omni ſtudio frequens affuit Cum interim præ=
fectus arcis Laurentius Endreuera deliberabundus neqꝫ aduer=
ſando neqꝫ obſequendo ijs quę fiebant/videretur in eam partem
inclinaturus ex qua minus ꝑturbationis in Regno crederet exci=

tari/veniebat ex parte altera Federicus Comes Cilię cũ quingentis equitibus miſſus & ipſe a Regina eodem conſilio p̃occupandę Budę/qui vbi a Polonis iam teneri cognouit nihil vltra tentandum ratus demiſſo animo ſtatim retro abiјt in Comarũ, Augebantur ſemper copię Vladiſlai accurrentibus ad eũ in itinere Hungaris. Cæterũ cum perueniſſet Emperiaſcũ diemq̃ vnam ad quietem indulſiſſet exercitui Secretarius quem chariſſimũ habuit dñ in fluuiolo ignobili p̃propere opitulari pergit accipitri cũ anate periclitanti ſubmerſus eſt/& prodigioſę magnitudinis grando cũ ingenti procella & fragore cœli decidit/quibus nonnihil conſternati ſunt animi in Polonis minime referentiũ vel illud ad fortunę caſus vel hoc ad aeris intemperiem ſed vtrunq̃ velut in prodigiũ auertentibus vt cuiuſq̃ vel mens erat vel religio/diuerſis in diuerſum interp̃tantibus Regina vero vbi ad Polonos Budam defeciſſe intellexit & Vladiſlaũ qui Agriam iam Attigiſſet hilari conſenſu illic a populo expectari/ad cæteras ciuitates in officio retinendas feſtinato itinere albam regalem ſe contulit/cui p̃erat tunc partium ſuarũ fautor Nicolaus Friſtarchi ibiq̃ ſuadentibus qui illã ſequebant̃ filiũ ſuũ iam trimeſtrem in templo conſueto Regio titulo & corona ſolenniter inſignitũ auguſtiorem & veluti ſacroſanctũ populis ciuitatibusq̃ Hungarię reddidit/putans futuros plures qui veri & legitimi domini partes ſequerent̃/q̃ qui contaminare ſe vellent nota defectionis/Affuere coronationi eiuſmodi ex illis qui pauloante Vladiſlaũ accerſendũ cenſuerant Archiepũs Strigonieñ Iaurinenſisq̃ epũs Benedictus Tum/Cilię Comes/Nicolaus Friſtarchi Stephanus Roſgonius & pleriq̃ aliј omnesq̃ mox cum Regina contulere ſe Iaurinũ Res ipſa tum etiam auctores magnopere Polonos conturbauit/Sed eo ventũ erat vnde regredi niſi re perfecta turpitudo nõ patiebat̃/itaq̃ mouens ab Agria Vladiſlaus per comoda interualla tandem Budam peruenit cum appropinquaret factus eſt ei obuiam p̃fectus arcis Laurentius Endreuera cum liberis duobus & populus effuſe cum ipſe inſtructis aciebus nequid ſubeſſet inſidiarũ ingrederet̃ poſt mutuã gratulationem viſum eſt ea die ab ingreſſu vrbis abſtinere placuitq̃ ſubſiſtere in peſta/Interim Regina per nuncios maria montesq̃ pollicendo/Endreuerę/enixe conabat̃ perſuade-

re/vt in fide atq; officio maneret/parũq; abfuit quin impetraret/ magis in gratiã memorię Sigiſmundi q̃ ſponſione ditiſſimarũ cõditionũ quas ꝓponebat/p̃ualuit tamen in animo bene inſtituto ea ſententia quę tutior videbat̃ ad ſtabiliendã fortunã naufragãtis Regni itaq; ille Vladiſlaũ & ſuos liberaliter in arcem admiſit pro quo beneficio Vladiſlaus vt p̃fecturã in qua erat continuaret edixit/ſatis confidens manſurũ eum conſtantiſſime in ea parte in quã primo incolumitate ſuadente/nõ impetu animi ſed iudicio acceſſerat/ſuper omnia inſigne fuit ſpectaculũ cũ Budã Vladiſlaus ingrederet̃/nam pręter magnificentiã ornamentorũ nauium quibus cũ inſtructo exercitu per Danubiũ tranſuectus eſt/ maxime eminebant vbiq; ſtudia procerũ Regni vtriuſq;/certantium inter ſe officij ſedulitate/ad inducendũ ipſum q̃ maxime fieri poterat ſolenni ac omni genere ornatus inſtructiſſima pompa Sed & milites cũ ducibus ſuis qui p̃miſſi illuc fuerant armati obuiam ꝓdierant/Pręterea ſacerdotes cum ſacris & religioſo apparatu/populiq; ꝓmiſcue omnis ordinis turba innumerabilis/ꝓcedebat ergo militibus ſtipatus inter voces gratulantiũ/fœlicemq; ac fauſtũ Regi/ſibiq; & Regno ingreſſum eius exoptantiũ/ſubſequebant̃ ꝓceres Regni vtriuſq; pro dignitate ac meritis/vt quiſq; eminebat/ita ordine antecedentes/Vbi ad templũ Auguſtiũ ꝯuentũ/laudes grateſq; deo immortali actę/Subinde in regiam perducto Vladiſlao/populus quidem gratulationem ſuã in multam noctem produxit/varijs diſcurſibus per ciuitatem/cũ cantu tripudijsq; & hilari ſaltatõe/Proceres vero cũ crederent ſuſcepti negotij partem maximã tranſegiſſe recepta buda quieti ſe dedere/ mox conſulturi quibus medijs reliqua ſine contentione vel mora perfici poſſent/Vbi Budam teneri per Vladiſlaũ vulgatũ eſt/ nõ ſolũ qui aperte partibus ipſius fauebant/ſed multi alij qui ad id tp̃is diſſimulauerant/fidem atq; obſequiũ pollicentes cũ gratulatione ad eũ confluxere/imprimiſq; Mathico Talautius eiſdem diebus cura atq; opera tonſoris ſui elapſus cuſtodia in qua Reginæ iuſſu aſſeruabat̃ tum Nicolaus Friſtarchi Stephanus Roſgonius Ioannes maior Perenus & in quo plurimũ in vtrãq; partem momenti Ioannes Hunniadianus/Pręterea Epiſcopi Veſperineñ Quinq;eccleſieñ Tranſiluaneñ Nitrieñ Sirmieñ Vaccieñ Vara-

dien̄ & Colocenſis Archiepūs paucaq; ꝑter Caſcouiā reliquaſq;
ciuitates quę cum illa ſe in euentū a principio cōmuniuerant in re
gno toto ſuperant quę non profiterent̄ ſe in ſide Vladiſlai eſſe ac
fore. Venit & a Rege Boſſinę legatio apparatu viriſq; inſignis
quę repetito gentis ſeu primordio eoſdem cū Polonis auctores
generis & cōmunem linguā Boſſinenſes habere cum dixiſſet ob
eamq; linguę & originū veluti cognationem Regem ſuū magno
pere gaudere/ꝓpterea quod ceptis Vladiſlai fœlicitatem adeſſe
vulgabat̄ multa diſſeruit de cōmodis quibus ſe mutuo propter
cognationem vicinitatemq; releuare poſſent ac deberent cōmuni
catis viribus & conſilijs aduerſus imminentem Turcaꝝ crudeliſ
ſimam tyrannidem/fœduſq; p̄terea & amicitiā ſanctiſſime cultā
ſeruatamq; inter Boſſinę & Hungarię Reges ad id locorū inter
ſe cōmoda cuiuſq; ad alterū & ſubſidiaria connexio/ꝓpterea fœ
dus & amicitiā inter Reges vel iniri vel renouari poſtulauit/qui
bus benigne reſponſum incrementa ſucceſſuſq; Vladiſlai merito
Regi placere tum propter eam ꝙ repetiſſent linguę atq; originū
cōionem tum quod vtriuſq; pene tantundem intereſſet vt ꝙ ceſ
ſerrime pacata oīm Hungaria cōtra cōmunes hoſtes integris viri
bus expeditio duceret̄ Gratię ſubinde actę quod in tempore affu
turum ſe contra Turcos cōmunicando actiones & conſilia Rex
vltro polliceret̄, Et vt ſic animatus ad extremū perſeueraret adhor
tationes adhibitę/fœdus deniq; inter Reges & regna confirma-
tum/Aduenerant etiā oratores Deſpoti cuius demiſſior gratula
tio fuit vt par erat Quippe quod a principatu ſuo per Turcos e-
iectus priorū Hungarię Regum munificentia alebat̄ qui caſum
tanti viri miſerati collocauerant eum in finibus Regni aſſignatis
ſibi nonnullorū oppidorū vectigalibus & iuriſdictione quibus
haud indecore p̄ſentis fortunę ſtatū ferret & p̄teritę deſideriū leni
ret/Itaq; ante oīa oratores ſui magno verboꝝ ambitu cōmemo
ratis ꝓpe eiſdem quę Boſſinenſes de cognatione originū ac lin-
guę cū Polonis purgauere Deſpoti factū quod p nuncios id mu
nus aggreſſus/qđ obire ipm oportuerat/ſed accinctū iam itineri
Turcos auertiſſe ne corā veniret/Ceterū ambigere ipſum ſpei ne
ſuę ꝙ poſt ademptū ſibi principatū abductoſq; in ſeruitutē libe-
ros tum primū reuiuiſcere incipiebat/an fœlicitati Vladiſlai p̄us

magisq̄ gratulandū foret/acceſſiſſe q̄dem acceſſurū q̄ indies beni gnitate dei ad gloriā dignitatē q̄ Vladiſlai multū cū nihilominus in ſumma gloria ſummaq̄ dignitate exiſteret ſibi omnibus patrijs auitisq̄ ornamentis ſpoliato nec ſolum principatu & patria ſed domo & lare eiecto extorri indigo alienaq̄ viuenti miſericordia tum primū oriri lucem aliquam non ſolum melioris conditionis ſed priſtinę etiam dignitatis & fortunę recuperandę/Ac fœlicitatem inceptorū polliceri tum geminatas vires duarū inuictarum nationū/quarū neutri vlla pręter alteram diſciplina militari & alacritate pugnandi par foret in terris/obuerſari iam tum oculis ſuis fugam formidinemq̄ conuerſas in Thurcos/agrūq̄ illorū igne ferro vaſtitate infeſtum/ſe vero ad maiorū ſuorū ſedem reſtitutū/ atq̄ ideo vltra omnem humanā lætitiam gaudere ſibi/Vladiſlao aūt gratulari qui tam magnarū actionū gloria nō modo p̄ſentis æui Reges ſed vetuſtos omnes eſſet ſuperaturus ſi priſtina fortuna adeſſet oblaturū fuiſſe ſe comitem atq̄ adiutorem Nunc qm̄ integrū non eſſet ſibi maiora polliceri/voluntariū Regis ad om̄ia periculoſa & difficilia obeunda miniſtrū ſe offerre & dedere/mouit tum Vladiſlaū tum cæteros & fortuna viri & tam ſubmiſſa oratio/itaq̄ rn̄ſum legatis vt deſpotū bono animo eſſe iuberent ſatis multas affuturas occaſiones ad mutuā paremq̄ gratulationem/Interim cū ratione ab eo factū quod loca in quibus regi gratulari poſſet ab hoſtili incurſu tuenda ſibi in tempore putaſſet p̄ſeueraret modo ſtrennue Vladiſlaū primo quoq̄ tempore annixurum vt expectationem ſpemq̄ de ſe conceptā adimpleret/Interea Strigonieñ Archiepūs & Ladiſlaus Gara q̄ coronandi poſthumi imprimis auctores adiutoresq̄ fuerant ſeu deſperatis Reginę rebus propter ſucceſſus Vladiſlai/ſeu rati per tranſitionem ſuam quā reliquos dignitate inferiores ſecuturos credi par erat/ Reginę animos infringi/& ad concordiā conuerti poſſe/ceperunt cum Vladiſlao clam per internuncios agere vt impune ad eū tranſire liceret acceptaq̄ in id fide Budam ꝓperabant Vladiſlaus vero qui ſciret magnā eſſe talium virorū apud populares ſuos auctoritatem multūq̄ huc vel illuc mouere animos vulgariū pariter & nobiliū poſſe vbi appropinquaſſe ciuitati percepit obuiam progreſſus benigne complexos bene de ſe ſperare iuſſit/Die ſe-

quenti cum ex compoſito vtriuſq; gentis primores q̄ magnificen tiſſimo apparatu ad Regem conueniſſent miſſi ſunt qui illos in Curiā inducerent vbi Archiep̄m in hanc ſententiā locutū tradūt/ Intelligo Rex inclite purgandū eſſe quod in rebus fere omnium maximis conſiliū ter variaſſe videmur. Primū cū te qui apud nos regnares accerſendū cenſuimus/deinde cum Reginā filiū ſuū co‑ſonantem contra te ſecuti/nouiſſime quando illius partibus omiſ ſis nunc ad te reuertimur/ne aut ſpernendi a te velut imbecillitate animorū laborantes/aut cum ſuſpicione accipiendi ceu parū fi‑deles ijs ad quos inclinauerimus exiſtimemur/Non em̄ ſententiā fidemue mutando totiens velut in contrariū acti ſumus,ſed cum ageretur de conſeruando augendoq; regno noſtro/idq; quantū rei magnitudo poſtulat nos ſolicitos haberet/ſeu nimia cupidita‑te ſeu humana ignoratione quod optimū foret nō ſatis conſtitue bamus/atq; ideo nunc hoc nunc illud approbantes minime mu‑tato ꝓpoſito ad id quod efficaciſſimū videbat̄ confugimus/nō ſtudio partiū ſed caritate patrię cuius ſalutem dignitatemq; peri‑clitari intuebamur. Nec em̄ vt de me fatear quod de alijs etiā ſen‑tio cum a nobis accitus es regnatū/ideo tantū conſenſi quod ob virtutem tuam maiorūq; tuorū gloriā digniſſimus videreris/Im mutabant ea quidem vt conſentirem/verum nō de ornando au‑gendoue te conſultatio erat,ſed cum poſt mortem Alberti Regnū noſtrū in orbitate velut prędę Thurcis expoſitū appareret/inui‑ctum Regni tui robur imprimis occurrebat qd' per vicinitatem & fœdera nobis coniunctū/velle deberet/per amplitudinem au‑tem facile nos poſſe tueri & conſeruare videbat̄/Et tua tuorūq; intereſſe vt quę nobis imminebant pericula ꝓpulſarent̄ atq; ideo freti viribus & amplitudine Regni tui cum de fide dubitare non poſſemus/quando in rebus veſtris idem exitus quem in noſtris pateremur foret a nobis expectandus/vnanimi conſenſu ad te cō fugimus rati fore vt in ditione & tutela tua res noſtrę domi fo‑riſq; maxime florerent,Poſtq̄ vero Regina ſeu mala ratione ſeu malo fato percita cepit a cōmunibus conſilijs reſilire q̄q̄ & ego & qui illā mecū ſecuti/intelligebamus ad publicas etiam neceſſita tes parū momenti illinc eſſe acceſſimus tamen Tum quia neſariū apparebat Reginam noſtrā/& eandem Sigiſmundi Regis noſtri

Archiep̄s ſtrigoniē. denuo par tes Vla‑diſlai proſequitur

filiam deſerere/priuſq̃ patrię periclitatio nos cogeret Tum vt in viam rectã ſi fieri poſſet reuocaret/& tu defectionem noſtrã veritus tantiſper deliberabundus ſubſiſteres dum iniretur ratio ſedandi ciuiles diſcordias quas celer aduentus tuus tumultuante adhuc Regina videbatur excitaturus/cruciabamur enim animo intuentes exarſurũ bellũ inteſtinũ euocatione tua per quã externum extinguere volueramus atq̃ ideo omnia prius experiri certi q̃ patriam ſuo ſe gladio conficientem intueri tandiu in parte altera perſeuerauimus/quoad non officiũ erga Reginã & gratiſſima noſtris animis memoria Sigiſmundi charitati patrię conceſſit/vbi vero ambitione Reginã elatiorem vidimus q̃ quę adduci poſſet vt periculis ſuorũ parceret & in illis anguſtijs eſſemus quod aut patrię aut officij iacturã facere oporteret maluimus boni ciues q̃ officioſi clientes dici & relicta illa quę niſi per ſummas omniũ noſtrorũ calamitates nec Regnũ aſſequi nec adeptum tueri poſſet/Rurſus ad te conuerſi ſumus/in cuius auctoritate pacem domeſticam/in armis vero foris poſitã victoriã intuemur/Idem patrię ſalutis ſtudiũ quod ad te vocandũ quod ad ſecedendũ pauliſper ad Reginã nos compulit nunc ad te reducit/debet probari abs te tam ꝓpenſa conſtanſq̃ in patriã fides noſtra/cum intelligas propter illam nos etiam famę ſubijſſe diſcrimen/maluiſſemus quidem quod prima conſilia noſtra proceſſiſſent & vt ſic apud nos regnaſſes quod officioſi erga Reginam eiuſq̃ parentis memoriam immortalem manſiſſemus/& vt quieti inter nos/tua tuorũ q̃ auctoritate accendente nõ ſolum finibus noſtris hoſtem ſubmouere verumetiam agrum illi ſuum infeſtum reddere potuiſſemus/Nunc quando vtrunq̃ aſſequi non licuit incolumitatem patrię cum fœlicitate tua ſequentes petimus quod vt verecundię noſtrę indulgeri debet/ quod aliquandiu cum Regina fuimus/præſertim vt conciliaret tibi/ita nobis fraudi non ſit quod illa quieta conſilia contemnente ſalus & pax Regni nos abſtraxit/in futurum quales nos experieris/habeto/Vladiſlaus contra minime daturum fuiſſe fidem/vt ſe accederent niſi bonos forteſq̃ viros iudicaſſet/ſatis ſcire tranquillitatem patrię vnicuiq̃ chariſſimam eſſe debere/ſed ante omnes illis qui in ſummis ornamentis ſummaq̃ dignitate collocati/quę egiſſent omnia ſic accipere tan-

Vladiſlaus rñdet Strigoni.

ꝙ pro pace ac firmamento Regni geſta eſſent nõ contra ſe/necꝙ enim quicꝙ cõmiſiſſe propter quod hoſtilem animum aduerſus ſe gerere deberent/niſi propterea ſibi iraſci vellent/quod relicto florentiſſimo regno ſuo & omiſſa cura pacandę Lituanię/in qua propter cędem principis perpetratam/bellum exardeſceret/vires animũꝙ ſuũ conuerteret ad tutelam ſtabilimentũꝙ Regni eorũ/ quod ad Reginam attineret minime reprehendi poſſe/ſi ad extremum voluntati illius publicam ſalutem ꝓtuliſſent/nec enim regibus fidem obligari euertendis Regnis ſed conſeruandis/hortari vt adeſſent animis ac viribus ad cætera quę ſupereſſent expediendа/breui affuturã tranquillitatem illam quam optaſſent modo ipſi factis & conſilijs oportunis orationi ſuę fidem facerent.

¶ Regina quamuis vbi ſuorũ fidem labefactari/vidit & ad Vladiſlai fœlicitatem deficere malo animo affecta tamen diſſimulata muliebri trepidatione ne ſi quantũ metuebat indicaſſet reliqui in deſperationem adducerent̃/Cilię Comitem ad ſe vocauit/cõmunicatoꝙ cum eo conſilio nuncios cum literis Caſcouiã & ad cæteras ciuitates quę Vladiſlaũ ac ſuos ſub ipſum belli initiũ excluſerant circũmiſit Iubens vt bono eſſent animo ꝓpere affutura auxilia quibus tueri ipſi cõmode ſe poſſent/& Vladiſlaus toto Regno facile excluderet̃/Moxꝙ conductitiũ militem ex Bohemia acciuit & conſentiente in id Epiſcopo Iaurinũ diligentiſſime cõmuniuit collocatisꝙ illic copijs ſuis velut in loco oportuno incurſionibus faciendis aduerſus Vladiſlaum & ſuos/cum filio tranſtulit ſe in Poſonium. Id vbi a Polonis compertum miſit Vladiſlaus ex gente vtraꝙ numeroſum exercitum ad Iaurinũ obſidendum/ducibus Ioanne Hunniadiano & Staniſlao Oſtrorogenſi forte ita euenit vt Comes Ciliæ qui illuc acceſſerat/inſpecturus an ſatis omnia firma munitaꝙ eſſent/& an conſtantes cõſentientesꝙ inter ſe perſeuerarent omnes tuendis Reginę partibus ceptus ſit cum alijs qui illic erant obſideri/ſuperuenientibus qui ab Vladiſlao miſſi fuerant At ille vt erat vir acri & elato ingenio ante omnia confirmatis ſuorum animis tolerandę obſidioni factaque ſpe affuturi propere ſubſidij ex Auſtria & Boemia/ne alicui deeſſet occaſioni retinendę Reginę in ſententia ſi forte propter efficaces conatus Vladiſlai animus eius demitti cepiſſet/

Comes Cilię Iaurini obſidet

Preſburg Rauus die rab

Cum videret ſe cum ſuis imparem/aperta eruptione conſtituit clam euadere/in Poſoniū/Cum paucis igitur ſilentio noctis profectus per hoſtiū ſtationes/moxq; Rauo ſuperato in inſulā quæ nō procul a Danubio circumplectitꝰ ꝙ occuluſſime ſe tranſtulit ratus illac cōmode ſe elapſurū ad Reginā/Qua re ab hoſtiū ſpeculatoribus comperta/miſſi ſunt illico cum Leſcone Bobritio impigri & expediti aliquot milites qui inſequerentꝰ comprehenderentq; fugientem, Senſit & Comes patefactā fugam ſuam & ſequi a tergo hoſtes/itaq; diffidens euadendi celeritati/latendo illos fallere inſtituit/edixit ergo ſuis quod ab inſequentibus ſe facile capi paterentꝰ ſubindeq; a domino ſuo qui in oppido remanſiſſet miſſos ſe cum mandatis ad Reginā profiterentꝰ/nec mora in ſiluam qua profundiſſima erat ipſe ſe immiſit/captis e familiaribus nōnullis cum ſingulorū aſſeuerationi vnū congruens fere perſuaderet inquiſitio/a Polonis prope modū omittebatꝰ/tum Samſcia quidam haud militaris diſciplinę rudis eos aſtuta Argutia increpuit tanꝙ deſertores domini ſui qui per imprudentiā minime noſcitantium eum/haud procul in ſilua foret interfectus: Ad eam vocem

☞ bene ſimulatū mendaciū aperuere humani affectus/itaq; inſtaurata diligentius inquiſitione: erutisq; hinc inde omnibus latebris

Vdalricus Cilię comes capitur

Tandem a Leſcone ipſo inuentus eſt Comes & captus moxq; cū ingenti militū gaudio in exercitū ſubindeq; ad Vladiſlaū Budam ꝓductus eſt/Cum exhiberetꝰ in conſpectū/non ſolū vtriuſq; gentis principes conuenerant ſed ꝓmiſcua etiā omniū ordinū multitudo partim miſerantiū p̄ſentem viri conditionem/memoria priſtinę dignitatis/partim aſſeuerantiū vere iuſtū humanarū rerum inſpectorem deū eſſe qui debitas ab eo perfidię pœnas expetiſſet/Ille nihil purgans oblitusq; inſitę & ingenitę ferocię ſubmiſſa & effracta nimiū voce ac geſtu veniam p̄catus eſt: Vladiſlaus autem

vladiſlai ad comitē verba

minime duro vultu ſupplicem alleuans Malluiſſem inquit vt fides tua te amicū huc adduxiſſet ꝙ fœlicitas mea captiuū/Idq; factum foret ꝓculdubio/ſi ambitio expugnata/animi tui fide & cōſtantia nō extorſiſſet/vt debiti mihi principatus vicariū te potius ꝙ ſocium eſſe velles/Nunc quando fortunā meā potius ꝙ beniuolentiā & experiri & vana ſpe beneficij in me tui gratias corrūpere placuit impugnando iudiciū quod de me feceras cū vnanimi

omniũ conſenſu electus ſum qui apud vos regnarem/placide fe-
res Si ego viciſſim erga te magis factorũ tuorũ p̄ſentiũ. q̃ electi
onis a qua nulla mea culpa defeciſti memor eſſe cogar moxq; in
cuſtodiã tradi iuſſit/Poſtridie Vladiſlaus ſeu periclitantis ciuili
tumultu Lituanię diſcrimen ſolicitũ haberet ſeu patrij regni deſi-
derium male ferret/ſeu abhorrens ab immanitate inteſtini belli
quod gerendũ illic videbat/ſeu cupidus denuo coramq; experiri
qua tandem mente Hungari erga ſe forent conuocatis in arcem
omnibus quorũ auctoritas aut publice aut priuatim eminebat
huiuſcemodi orationem habuit/Satis intelligebã cum me apud
vos regnatũ vocaretis nõ mihi ſed neceſſitatibus veſtris id tribui
Sed neq; id Oratores ad me miſſi diſſimulauerunt & plęriq; in-
genue ſubinde ꝓfeſſi eſtis cum tamen benignitate dei maiorũq;
meorũ virtute longe lateq; haberem vbi fœliciter regnarem/ſta-
biliendi res veſtras curam ſuſceperã magis ne fidem meã in peri-
culo ſuo implorantibus vicinis fœderatiſq; deeſſem q̃ quod am
plitudini meę neceſſariũ putarem/Sed & quieta omnia domi con
ſentientesq; inter ſe voluntates veſtras nunciabatis/Quidquid ve
ro laboris ac periculi bellicis actionibus exhauriendũ eſſet ab eo
hoſte imminere cuius impetus frangere ac retundere longe pul-
cherrimũ & glorioſum foret apud omnes populos & nationes
quę religionem noſtram profiterent/quę ſine inuidia loqui lice-
at multo ſecius ſe habent quippe quod ex vobis multos abinui-
cem video diſſidentes & longe maior dimicatio domi ꝓpoſita ap
paret q̃ timeri foris potuerit/itaq; diſtrahit ſępe animus in diuer
ſum/cum vel deſiſtendũ ab incepto/vel p̄bendum me ducem in ea
acie:quę prope modũ ad parricidiũ ſit animata/conſidero/cęterũ
ex veſtra ſimul & mea re magis eſſe videtur abſtinere q̃ per inte-
ſtinum bellũ ad ꝓpoſitam mihi per vos ſpem peruenire/Occur-
rit enim iam nunc animo totius belli ſpecies/Video vos gentem
vnam nõ vt multę alię/ex conuenarũ multitudine caſu congrega
tam/ſed vnius linguę ſtirpiſq; ac propemodũ familię circũſpe-
cto vos ſingulos & vniuerſos adeo eſtis inter vos iuncti ſangui-
ne & affinitatibus vt verius domus vna quã natio dici poſſitis/
Nemo vnus ex vobis violari poteſt quin eius iniuria pene ad om
nem pertineat atq; in illum ipſum qui intulerit per quendã veluti

circuitū cognationū redeat/hanc vnitatem coniunctionemq̄ ſanguinis inter vos quã vobis ſemper profuiſſe mihi vero imprimis profuturã externo bello ſubmouendo exiſtimabã/diſtrahi in diuerſum violariq̄ mutuo nō aliud mihi quidem videtur/quã naturam ipſam & quidquid in ea venerabile ſanctūq̄ eſt euertere/dubius eſt(vt aiunt)euentus belli/ſed blandiamur nobis & ſuccubituros armis noſtris aduerſarios concedamus/poſt fratrū parentumue ac cæterorū propinquorũ exhauſtū ſanguinem Reſtat vt ſi Turcus laceſſierit aduerſus illum nos ꝑducamus ante omnia inteſtinis cladibus debilitatos/ſed & plęroſq̄ cognati aut propinqui cuiuſq̄ cęde imbutos/quã ſpem victorię mihi ꝓponitis tam nepharie cruentū agmen & ſuorū ſtrage ac vulneribus conſceleratum educenti/deus meliora velit/nō ætas nō fortuna mea ea eſt/vt per tam abominandã dimicationem properandū mihi cenſeam ad ſpem maioris amplitudinis/Nec corpus nec virtus aut animus deerunt gerendis honeſtioribus bellis/nūc anteq̄ mutuis ſceleribus coinquinetis manus/dum integrę adhuc Regni vires & nondū cruentatis armis/inter ſe conciliari poſſunt vel ad retinendam ſimul priſtinã dignitatem vel ad patronū concordi voto deligendū/Tum grato erga vos animo meo digniſſimū tum rebus meis veſtriſq̄ conducere arbitror/vt ego propter quem tumultuari cepiſtis/retro iter flectam/facile vbi ego abfuero in gratiã mutuo redibitis/Et quod in magnis diſcriminibus alias ſępe feciſtis minime difficulter rationem inietis publicę ſalutis expediendę Quod ſi ad me rurſus confugiendū cenſueritis,tam primæ q̄ ſecundę euocationis veſtrę memor/enitar vt in ceſſione hac mea nihil aliud a me quæſitū intelligatis q̄ ſalutis veſtrę remediū/Interim aſſequar vt haud perpeti potuiſſe dicar in gratiã meã periclitari fœderatū & bene de me meritū regnū/& rem Lituanã ſic conſtituã vt multo liberius ſi oportunū duxeritis incolumitatis veſtrę curam denuo ſubire poſſim/Verba Vladiſlai cū ſumma laude moderatiſſimi animi accepta/plęriſq̄ etiam lacrimas excuſſere/Cum vero vt liberius conſultarent e conſpectu abiturus aſſurgeret/voces vndiq̄ auditę aſſeuerantiū neminem magis intereſſe oportere/quandoquidem vſq̄ eo afficeretur rebus ipſorū vt amplitudinis & glorię ſuę videretur oblitus vel ex eo digniſſimū eſſe

quem Regem apud ſe vellent quod ſalutem regni anteferret cupiditati regnandi/Non tantũ ſperaſſe q̃n eum elegerant Nunc verã in eo fidem regiam ꝗ virtutem experti/nõ cõmiſſuri ſint vt prudentiores in eligendo ꝗ conſtantiores in conſeruando ſibi rege fuiſſe dicerent/& iam rurſus Vladiſlaus aſſederat/cũ cæteris haud ſane ciuiliter neꝗ in conſultantiũ moremſtudia ſua offerentibus ſilentiũ fecit/exaudita vox Hunniadiani ille peregrini Regis euocationem contra imminentia diſcrimina velut in neceſſitatem reij ciens ne priuſꝗ poſthumus coaleſceret/aut externo bello aut domeſticis ſeditionibus Regnũ ſuccumberet/Quicquid in eo eligendo actũ dictũue eſſet/conſilia tempori accomodando deliberate factũ/Siquid contra ab aliquo tentatũ aut humano errori aut ſuperuacuę fidei erga Regiã ſtirpem aſcribendũ prius aſſeuerauit/Tum ſatis ſe ſcire inquit ſupra muliebrem ſexũ conſtãtem Reginã eſſe/verum haud facile deſiſtere ex toto a naturalibus affectibus/Nata ſibi pręter ſpem virili prole indulgendũ/vt matri/ſi pro filio ſolicita foret/ſiquę ſaluberrima ſibi ac Regno eſſent nõ ꝓſpiceret tolerandum in fœmina/Nõ alios ad eam cõueniſſe/ꝗ quibus tanti incepti vtilitas nondum ſatis intellecta foret/Quos publicę oportunitatis ratio ad Vladiſlaum congregaſſet eos exploratam iam virtutem eius in fide retenturã/eoſꝗ etiã ipſos licet haud ſane multos errore iudicandi: aut officio erga reginam in diuerſum abſtractos/plurimorũ conſenſum reuocaturum/facileꝗ vbi noui regis tam ſingulares animi corporiſꝗ dotes vulgarent ſeſe illi dedituros longe maxima difficilioraꝗ tranſacta/teneri iam Budam ſedem Regiã tum Comitem Cilię/cuius vnius ſpe maxime Regina elata ad tumultuandum foret/fœlicitate publica in ptãtem datũ/Reliq̃ ſine armis ſine cæde ac ſanguine in ditionem ventura/nõ futuros qui vim potius ꝗ clementiã Regis vellent experiri/p̃ſertim qđ longe impares viribus/nedũ victorię Sed ne tuendi q̃dem ſe ſpem concipe poſſent,Nõ facturũ Regem ex inſtituto grati animi ſi tam bene de ſe meritos in eo tumultu deſtitueret p̃ſertim qđ longe plus p̃iculi ex diſceſſu ſuo i̅mineret/Nã & reginę partes quoſdã ꝑtinacius ſubinde defenſuros/& quos ratio publicę ſalutis ab illa abduxiſſet acrius in ꝓpoſito ꝑmanſuros/facile ita Turco fore mutuis ſeditionibus

occupatos & a defenſore deſtitutos aggredi & expugnare/ſed vt cum Regina in gratiā omnes rediiſſent/ſine duce ſine capite tam grauis belli impetū minime laturos/fieri poſſe/vt aut tędio aut pudore muliebris dominatus ſe ad aliū quempiam conuerterent in cuius poteſtatem veniſſe Hungarię regnū Poloni poſtmodū grauiter ferrent/ſedneq; honeſtū Regi ad ſuos alienosue talem reditū fore/Nemini veriſimile appariturū ob aliam cauſam tam inclitū Regnū omiſſum niſi quod aut regere aut tueri poſſe deſperaſſet/Rogareq; per ſalutem vtriuſq; gentis & regni/vt in ꝓpoſito perſeuераret & bene initū columen vtriuſq; nationis conſtanter expediret/omnia breui & quieta ſibi & libera fore/qui adeſſent ſcire eos ſatis paratos iam tum p̄ſentem ipſum denuo Regem dicere ac conſtituere & iureiurando fidem atq; obſequiū deſpondere/Non altius verba q̄ auctor in animū Vladiſlai deſcenderant ꝓpter inſitam eminentemq; in viro indolem/ſed & ſubſecutę vniuerſorū acclamationes flagitantiū ne ſe in tam diſcrimino ſa conditione deſereret/& cum dicto/vnanimi conſenſu ſe ac ſua omnia illius cōmittunt deduntq; fidei & auctoritati/ Regemq; iterum ipſum decernunt & cooptant/nec mora/cepta eſt eius coronandi conſultatio/ſed occurrebat difficultas vetuſtę conſuetudinis & religioſe ad id temporis ſeruatę/quod ſacra ad eam rem corona in poteſtate reginę erat/Nec placebat cōmittere/vt videretur ad eiuſmodi ſolenne in qualibet corona tantundem momenti ineſſe/Itaq; cum neq; ſpes foret perſuaderi aut cogi ſubito reginam poſſe/nec vellent cærimoniā coronandorū regū Vulgari per nouas coronas/ad illam quę maxime proxima ſacrę apparebat confugere conſtituerunt pro temporis ac rerū neceſſitate/ad eam rem corona qua ſancti Stephani primi Hungarię Regis caput exornatū fuit Ceu vere virtutis exemplar atq; incitamentum poſt ipſum regnaturis religioſiſſime ſeruatur in ea diſceptatione multa probra iactata in Ladiſlaum Garam cuius maxime ꝑmiſſu Regina coronā ſacram interceperat/ægreq; a vulneribus & cęde temperatū/intercedente Rege propter fidem accedendi ſe libere obligatam/captus tamen eſt & cuſtodię traditus/Cūq; Rex deprecaret̄ & fortunę ſe q̄ fidei iacturam facere ſatius diceret vix poſt triduū vt liberaretur impetrauit/amotus eſt tamen p̄fectura

Viſegradi ſubrogatusq́ in eius locū Vincentius Scamatulieus/ Reginam interea cū ſe orbatā conſilio actionesq́ ſuas magna ex parte debilitatas videret/Capto abductoq́ in cuſtodiā Comite Ciliȩ & labante iam ſuorum fide/poſt defectionem Strigonenſis/id quod minime in tanta muliere ſuſpicandū arbitror/ſunt q inſimulent ad fraudem animū adiecisse ꝓpoſitaq́ ingenti mercede/ſi facinus tranſigeret/adegiſſe quendā ex ſuis quem ſibi cumprimis fidū credebat/vt Budam ſe conferret/& Vladiſlaū quoquo modo veneno extingui curaret/Sed cupiditas eadem quȩ leue ingeniū hominis ad partes ſuſcipiendi facinoris adegerat/Cōpulit etiam/vt rem Vladiſlao aperiret/ſpe cumulatioris remunerationis q̄ foret preciū/quod pro ſcelere contempſiſſe videri volebat/Id ſeu nō crediderit/ſeu credere diſſimulauerit/ne ſi veneno in ſe graſſatā Reginā affirmaſſet/ſpem omnem reconciliationis in poſterū excluderet/Vladiſlaus hominem execratus tanq̄ ſceleſtum & falſa indicantem e conſpectu ſuo abire iuſſit/Verū primores procerū vbi nephas qđ attulerat agnouere per omnes cruciatus excarnificandū, Robuſtiſſimorūq́ deinde equorū caudis illigandū in partes quatuor diſtrahendū tradidere/iuſtiſſimas ab eo pœnas exigentes/ſiue vera ſiue falſa detuliſſet/Itum deinde albam regalem vt Vladiſlaus coronaret̄ quo perlata iam erat ex Viſegrado arcula in qua cuſtodiunt̄ ornamenta ad cærimoniā coronationis religioſa/Quibus in mediū prolatis adiecta eſt/prout conuentū ſtatutūq́ erat ſancti Stephani corona/proditū memoriȩ eſt/cum primū Hungaria Regni nomen accepit/ſacrā coronam induuiasq́ initiandis regibus religioſas ſancto Stephano primo Hungaroꝝ Regi a Romano pontifice cœlitus monito deſtinatas ſeruatasq́ deinde ſolenni cuſtodia / veluti fauſtum auſpicium futuris Regibus/eadem qua ille regni fœlicitate coronandis/ordinem vero ritumq́ initiandi illic Regem talem vetuſto more ſeruari/ſacrificante qui in Hūgaria ſummus eſt pontificum circūſiſtentibusq́ omnibus ad quos Regis pertinet nominatio/In templo quod auguſtius eſt in alba regali ad altare ſiſtitur qui rex futurus/ſtatimq́ a Canonicis exuitur/deinde pontifex p̄cationes ſolennes preit quibus regno regiq́ cuius caput dextra tenet deum ꝓpiciet/veniāq́ & pacem impetret/vt fœliciter

*Coronatiōis ſolē nes cerimoniæ*

fauſteq́ꝫ publice ac priuatim ſibi, oppidis, vicis, ciuitatibus, popu
lis, nationibus ineat gerat q́ꝫ regnū/facultates fructusq́ꝫ multipli
cet/fines & Imperium propaget/Auctoritatem deniq́ꝫ & gloriā
augeat, Tum manus eius dorſumque arcano oleo perungit/&
mox veſtiri iubet, Ornato deinde ſacris induuijs crucem impri
mis tradit/per quam ſignificari volunt/ius apoſtolicę legationis
in deſignandis Epiſcopis ab ipſo initio Regibus Hungarię per
miſſum a Romano pontifice, Deinde ſceptrum pomumq́ꝫ au
reū & vexillū regia inſignia exhibet/& vniuſcuiuſq́ꝫ inter traden
dum ſacris verbis interpretationem ꝓſecutus, Tandem prolatis
in mediū regni legibus inſtitutisq́ꝫ exigit vt in verba ipſorum iu
ret. Ille vbi in ea quę concepit pontifex verba iurauit/illico coro
natus ſuggeſtū ad id pręparatum conſcendit & plęroſq́ꝫ in eque
ſtrem ordinem cooptat/vt intelligatur Regnum ab armis auſpi
cari/nihilq́ꝫ prius maiusue apud Reges eſſe oportere ratione in
cremento q́ꝫ militaris diſciplinę, Cætera ornare, illam tueri & au
gere Imperia / in eodem apparatu poſtea procedit ad templum
Diuis Petro & Paulo conſecratum ibi in tribunal ſe recipit: &
controuerſias aliquot audit & deddit/vt ſcd'm rem militarem iu
ſticiā pre omnibus colendam: & ſciat & doceat, Tandem ſub
latus in equū poſtq́ꝫ ciuitatem luſtrauerit/progreditur extra por
tam ad diui Martini ædem turrimq́ꝫ illic altiſſimā conſcendit: &
q́ꝫ maxime poteſt protenſo extra turrim brachio ad quattuor mū
di partes nudatū enſem porrigit/quaſi vndiq́ꝫ Regnū tuiturus/
aut certe illius fines & ditionem ꝓpagaturus/vbi vero in ciuita
tem redijt/ſolennia conuiuia celebrant ſtrepuntq́ꝫ publica gratu
latione vię ac domus omnes/quibus omnibus vbi Archieps Vla
diſlaum de more coronauit rite atq́ꝫ ordine ſeruatis, Poſtridie ex
vniuerſorū qui conuenerant ſententia conſtitutū/vt corona ſan
cti Stephani cum ſacris induuijs reconderet aſſeruaret q́ꝫ ad futu
ros Reges initiandos/ſi nō contingeret recuperari ſacrā, Abro
gata deinde poſthumi coronatio & nequis eum pro Rege duce
ret edictū ab Agrienſi Epō/ cuius vſq́ꝫ ad inuidiam auctoritas
apud Vladiſlaū eminebat, Nouū ei ſigillū regni cōmiſſum & ne
qua fraus errorue cōmitti poſſet/veteris ſigilli fides exauctorata/
pronuntiatūq́ꝫ ad populū ne literis aliquibus præterq́ꝫ nouo ſi

Inſignia inuncti Regis

gillo ſignatis crederetur/præterea vt omnes immunitates priuile giaq; a prioribus Regibus conceſſa eiuſdem ſigilli fide confirma rentur, Multorū qui de Regno aut de Rege benemeriti dignitas & conditio adaucta/cæteris ſpes facta modo ſe dignos exhiberent/in quos liberalitatem ſuā Rex exerceret. Paulopoſt cū haud magni diſcriminis negotiū ſupeſſet pacandis reliquijs tumultus/a Regina concitati/ſatisq; ſine externa ope virium affuturū conſtaret/plurimi Polonorū cum bona regis venia retro in patriam abiere Regina vero cognita Vladiſlai coronatione multis dirisq; imprecationibus Hungaros execrata/quod in re ſimili longe ſe diſpares Polonis exhibuiſſent, Ab illis nanq; impuberem Regem cum ſumma fide educatū nec ſolum intra paternū regnū cultum ſanctiſſime/verumetiā cum ſuarū rerum diſcrimine ſtrenue pro ductum ad poſſidendum aliena, Ipſos vero legitimū dominum pauloante ab ſe coronatū Alberti Regis filium & eundem Sigiſmundi nepotem:per ſummū ſcelus paterno & auito Regno exturbare peregrinumq; apud ſe præter ius phasq; regnaturum admittere/& quia virium plus haberent/pro libidine ſua, tum fœminę ſibi, tum infanti Regi: quos cum maiorum meritis & ſexum & ætatem tutari oportuit/inſultare, Oblitos vindicem deum certe longe magis q̄ ipſos poſſe ac pollere, Submiſſisq; deinde/quidam circumeundo ciuitates quoad fieri poſſet populorum in fide manentium animos confirmarent/conſiliumq; illis ſuum aperirent/ipſa in Auſtriam cōmigrauit, Et Frederico Imperatori paruulum ſuum, ſacramq; Hungarię coronam cōmendauit, Qui vt pote patruelis curam poſthumi & coronam haud grauatim ſuſcepit, Ipſa deinde freta nonnullarum vrbium conſtantia & fide non deſtitit procerum quoque voluntates clandeſtinis nuncijs ad ſe acclinare. Cum Auſtralibus vero ac Boemis congregandi exercitum conſilia inire/vt quoquo modo Vladiſlaus Hungaria exturbaretur. Interea Turcus per occaſionem inteſtini belli Hungariam facile a ſe occupari poſſe ratus/Belgradum oppugnare adoritur/& cum parum vno atq; altero impetu profeciſſet/obſidendo in poteſtatem redigere volebat, Id oppidū inter Danubiū Sauūq; vbi cōmiſcent/ſic eſt ſitū in cliuo/vt ab vtroq; amne inferiora eius abluant/ſiquidem qua Eurū ſpectat in ripam vſq; late/ Belgradū obſidet Turcus

proneq̧ deuexũ deſinit in Danubiũ/qua Auſtrũ excipit Sauus al labitur, Reliqua ipſius per cliuum extenſa muroq̧ & foſſa velut diuidunt a continenti/itaq̧ fabricatis nauibus quibus in vtroq̧ flumine adhibita cuſtodia/tam ſubſidia q̄ cõmeatus arcerent intercíperent q̧/Turcus caſtra ſic ex diuerſo metatus eſt/vt nemo omnino ab obſeſſis emitti induciue poſſet/Sibi vero quotiens libuiſſet murũ aggredi ac tentare/facultas foret/nec ſubinde deſtitit aut opplere foſſas aut machinis quaſſare muros/coædificatis etiam ligneis turribus/e regione ꝓpugnaculoꝝ arcis/ad defenſores e muro exturbandos/Cum interim ſui quoq̧ inopia commeatuũ afficerent̄/neq̧ appareret diuturnā morā obſidionis toleraturos/quandoquidem paſſim in exercitu exaudirent̄ querelę fame extabeſcentiũ/Solũq̧ id ne iam tum oppugnatio intermitteretur retinebat/Quod deſperato ſuorũ auxilio ꝓpter intrinſeca certamina/quibus regnũ agitabat̄ minime credibile erat oppidanos diutius ſe defenſuros/Prefectus iampridem cum valido illic præſidio erat Ioannes Vranus vir audax & rei bellicę peritus/quippe qđ florentia ortus atq̧ oriundus Tuſco ingenio Hungaricam ferociam adiunxerat/conſtabatq̧ ſtrennue oppidũ defendi vndiq̧/Sed cum veluti de porta Regni ea in oppugnatione agi omnes ſentirent. Vladiſlaus cũ cenſuiſſet Turci conatus retundendos/dum copias colligeret inſtaretq̧ memor expetitę pauloante a ſe amicitię oblatiq̧ ſibi ſponte in rebus ſuis difficilibus auxilij/Ante omnia per legatos de diſſoluenda obſidione agendũ putauit/Miſſi igitur Dobrogoſius Oſtrorogeus & Lucas Gorcenſis qui renouata memoria legationis vltro Cracouiā miſſę/petitum fœdus atq̧ amicitiā cum aſſeueratione ſubmittendę opis ad Boemiam expugnandā/ſi ex vſu ſuo Polonus eſſe cenſuiſſet/ꝓfiterentur meritũ benigne adeo in ſe voluntatis/tam altę in animũ Vladiſlai deſcendiſſe/vt bellũ quod inferebat̄ non prius armis ꝓpulſare voluiſſet q̄ viciſſim pacis & beniuolentię mutuę conſilia ꝓponeret/itaq̧ ſi Turcus abſtinere vellet ab infeſtanda Hũgaria/quę deo atq̧ hominibus volentibus iam Vladiſſai facta eſſet/facile fore vt de fœdere conuenirent in quo ineundo ſeruandoq̧ daturũ Vladiſlaũ operā ne pacis ſtudio aut officiorũ commutatione inferior deprehenderet̄ quod ſi arma mallet & vires

Legati ad turcas

experiri annixurū ne illis etiam quoquo modo vinci contingeret/ Turcus vbi ea audiuit legatos quaſi ſubducerent ab omni occa‑ſione iniurię/inter tot armatos infeſtosq́ /& cōmodius dum deli‑beraretur habitarent/in Sunderouiū perduci cōmiſit/certus ſecū prius omnia experiri & tentare quam illis reſponderet/itaq́ dedi‑tionis ſpem prius aggrediens captatis colloquiis maiori q́ aliqn̄ ambitu ad defectionem ſollicitare cœpit/Sed & literę ſagittis illi‑gatę paſſim ſupra murū a militibus excutiebant in oppidū/ingen‑tia defectionis p̄mia continentes/Verum vbi nihil pacati ab ali‑quo reſpondebat̃ aduocata concione/Pax inquit cuius ab hoſte mentio illata eſt/detur ne c ne licet in me ſitum intelligā/placet ta‑men & ſententiā veſtrā milites cognoſcere/quandoquidem id bel‑lum gerimus in quo cū fœlicitate humana/cuius ego principatū apud vos teneo/periclitat̃/etiam religio ſanctitasq́ quarū tutela & cura ex æquo ad omnes pertinet/Quippe quod vt multū for‑ma viuendi diſtemus/eandem poſt obitū omēs beatitudinem ſpe‑ramus/Itaq́ velim cuncta quę dixero ſic a vobis accipi/vt q̄ nō a mea ſed ab vniuerſorū publica oportunitate ꝓficiſcunt̃/Nam qđ ad me priuatim attinet,tantū in Aſia/tantū in Europa poſſideo/ vt,quod abominor dicere/pars altera minime pudendū Regnum videri queat/conſeruandisq́ meis plus curę,q́ operę ſubigendis alienis/fortunā meam fortaſſe inſumere decet/veſtrū magis eſt vi‑dere an ſua cuiq́ ſufficiant/& quā rata diuturnaq́ ſentiatis/ꝓter id quod cum humanis fortunis ſacra & diuina omnia ſunt a no‑bis aliquando omittenda/ſi vltro nunc arma depoſuerimus/Pe‑tit enim hoſtis a bello abſiſti & tum demū de pace conueniendum cenſet:omitto indignitatem/quod obſidentibus armatisq́ obſeſ‑ſi & inermes:fortibus & exercitatis imbelles ac deſides/pacem pollicent̃/omitto quantū laboris in molienda obſidione conſtru‑endisq́ operibus/quantū deducendis fabricandisq́ nauibus ſit exhauſtū quę omnia hoſtis quaſi victos nos incluſosq́ iam te‑neret deſeri iubet/Bulgaria omnis & Raſcię pars maior/armis noſtris iam pridem paret/In Seruia etiam pleraq́ dictionis no‑ſtrę fecimus quę omnia vel retinenda ſunt vel vna cum illis,cętera quoq́ in Europa poſſeſſa relinquenda/quicū q́ quod plane etiā hoſtis intelligit/habuerit in poteſtate oppidū quod obſidemus/

Verba turci ad ſuos

Habet nō ſolum quoddā veluti pignus & ſtabilimentū rerum ſuarū/ſed arcem etiam & munimentū efficaciſſimū alienis ſubigendis, Sciſſum eſt inter ſe nūc Regnū laboratq̧ domeſticis ſeditionibus, Nec tantū virium adiecit res Polonica illi coniuncta q̄ꝫ cūm detrahunt inteſtinę factiones/ac pacis mentione facultas tempusq̧ illis ſedandis quęritur/vt nos integris geminatisq̧ ſubinde viribus aggrediant̄, Si re infecta obſidionem diſſoluemus/facile nectendo cauſas tamdiu de pace nō conſentient/quoad certaminibus domeſticis aut Vladiſlai fœlicitas/aut Hungarorū voluntas & ratio ſanior finem imponet/quas fœderis conditiones demum inter ſe conciliati & contra nos armati exigent/quando nūc mutuis diſcordijs periclitantes & armis noſtris pene oppreſſi, tanq̄ꝫ acie viciſſent oppugnationem prius omitti q̄ꝫ de pace agi ęquū cenſent/aures iam nunc obtundunt ſuperbę petitiones de reſtituendis Bulgaria & Raſcia/tum cæterarū Regionū vrbibus/labore ac periculo noſtro expugnatis/quod ſi facere voluerimus/bellum qđ aduerſus diſcordantes inter ſe mutuisq̧ certaminibus occupatos per occaſionem noſtrā nūc gerimus/inferent nobis/nō ſolū vnanimes tunc Hungari/ſed adiecti etiam illis Poloni/quod etiam ſi pacis ſtudio tam pudendas & miſeras reſtituendo ꝛꝫ oīm quę repetent conditiones ſuſcipere poſſemus/nunquid contentū ſuis Deſpotū quieturū poſtea putamus, Cuius animus certū habeo elatus coniunctione inter ſe viriū duorum adeo prępotentiū Regnorū non ſolū recuperandis amiſſis imminet/ſed quidquid vbiq̧ in Europa noſtrū eſt iam nunc ſperat, Non prius ſibi ſatiſfactū putabit q̄ꝫ adducto contra nos Hungaroꝛꝫ Polonorūq̧ impetu eandem ferro atq̧ igne ſęuiente in agro noſtro vaſtitatem intueatur quam a nobis in ſuum illatam prius vidit, Quod ſi belli fortuna (omen auertat deus/ſed tamen fieri poteſt) conſilijs ſuis affuerit/præter omnia fœda & indigna/quę ab irato victore timeri debent/pium ſanctūq̧ apud eos eſt/dira infandaq̧ in gentem noſtram exercere/niſi a ſacris religionibusq̧ nobis a maioribus noſtris traditis deſciſcamus/in nouos incredibilesq̧ ritus degenerando. Neq̧ alio ſacrificij genere aut obſequio deum conciliare ſibi facilius efficaciusq̧ poſſe arbitrantur, q̄ꝫ ſi templa quę colimus diruant & profanent, Si ſacroſanctis arcanis & cæ-

rimonijs illudant, Si numinibus & ſacerdotibus noſtris inſul=
tent, Et vt omnem rabiem qua in nos & ſacra noſtra graſſantur
deprehendatis inter ſanctos referunt omnes/qui nobiſcũ pugnan
do trucidantur, Non eſt milites quod per vanam ſpem pacis expe=
ctemus/dum colligit vnitq; vires/dum ſe armat. Is hoſtis qui nõ
prædam aut humanam laudem/ſed immortalitatem ipſam pre=
mium victorię ponit/longe plus laboris inſumptũ eſt q̃m ſuper=
ſit/foueas tumultuario opere oppleuimus & propugnacula ere=
ximus quę muro imminent, Cuius etiam partem machinę ſolo
ęquauere vt ſemiapertum iam oppidum eſſe videatis/& id ſane
oppidum per quod noſtra omnia tuta pacataq; nobis reddantur
hoſtibus vero ſua infeſta/prædęq; ac populationibus noſtris ex
poſita remaneant, Si parumper annitimini/ſi fœlicitatis virtutis
q; noſtrę memores/cogitabitis delubra, ſacra, religiones, cęteraq;
diuina & humana fundari nobis quando cras hoſtilis muri fun=
damenta demoliemini/vicimus milites non in pręſens modo, ſed
in perpetuum, Quod ſi nihil aliud q̃ certiſſimam rerum noſtrarum
ſecuritatem/hoc certamen foret nobis pariturum, Satis dignum
præmium eſſet/pro quo pericula omnia ſubire alacriter mortem
q; etiam ipſam fortiter laceſſere deberemus, Sed vt victoria hæc/
noſtra omnia velut ſepto quodam & muro nobis munit/ſic ho
ſtilia ad prædam patefacit ac denudat/hactenus cum natura lu=
ctati ſumus in confragoſis p̃ruptisq; Bulgarię atq; Raſcię mon
tibus, fames, ſitis, labor, deſperatio, vincenda fuit, vicim⁹ nõ alia
mercede illecti quã vt beatę Hungarię opulentiã aliqñ attingere
mus/hinc iam militię noſtrę pręmia/hinc gloria initur, Ad por=
tas peruentũ eſt/qbus patefactis nõ ſaxa inacceſſa/nõ inuię ſoli=
tudines emetiendę nobis/ſed per loca natura ipſa & humano cul=
tũ longe amœniſſima ingrediemur/hominũ iumentorũq; omnis
generis alimenta paſſim/nõ ad neceſſitatem, ſed ad luxuriã cum
vbertate ſoli temperies cœli, aquarũq; abũdantia ſuppeditat/Quid
quid alibi operoſa cura vix educat/illic ſponte ſua fert terrę beni=
gnitas/vt credi poſſit/naturã colendi agri cęteris regionib⁹ exem
plũ daturã/p̃cipuo quodam cultu Hungariã excoluiſſe, Sed ne=
q; vſquã liberaliorem indulgendis diuitijs fuiſſe conſtat/Au=
rum enim quod alij mortales rariſſimis in locis laborioſiſſime

effodiunt/Hungari velut quoddam virgulti genus etiã pululans decerpunt/Veſtrũ eſt milites an ad ea omnia perpetuũ vobis aditũ cras aperire/an hoſtibus ad veſtra patefactum relinquere velitis. Memineritis ſubeundo murũ omnem beatiſſime fortune opulentiam/ſine alio munimento/ſine p̃ſidio,ſine cuſtode,poſt illum vobis ad p̃dam expoſitã,A tergo vero eſſe liberos,coniuges,lares veſtros,delubraq͗,& religiones/ſimul & victoriarũ veſtrarũ premia/quibus niſi in oppidũ tranſcendatis/ira & libido quantũ victoribus licet/per omnia dira & nephanda mox ſit inſultatura,Ego prout vos pugnantes videro/quã mentem vel ad imperandum vel ad ſeruiendũ habeatis/ſimul quid ſuperbiſſimis legatorum poſtulatis reſpondendũ ſit intelligã. Vos interim curate corpora & que ex vſu ſunt cum armis expedite vt ſimul cũ luce cras murũ aggrediamur.¶ Digreſſi milites a contione non ſecus acſi cum victoria ꝓpoſitam quoq͗ eis p̃dam iam tenerent alacres epulati/quod noctis ſuperfuit vt ad certamen vegetiores aſſurgerent quieti dedere,Vbi illuxit ad murũ producti malleolos cratesq͗ æquando itineri per foſſas ligno ac ceſpite coniecto iam

Belgradi oppugnatio

pridem tumultuarie oppletas/nec minus ſcalas & vectes ceterũq͗ excidendaꝝ vrbiũ apparatũ ferentes procedebant.Cum interim qui ex turribus ligneis pugnabant/haud quaq͗ defenſores in muro cõſiſtere ꝑmitterent/& crebris ſagittis hoſtem impetendo ꝓpe otioſum acceſſum ſuis exhibebant,Quod haud ſane ægreferebant oppidani/Certe enim fore exiſtimabant vt Turcus vim experiretur ſi deditionis ſpes nõ ſuccederet/dum itaq͗ ille ad defectionem allicit/ipſi partes oppidi ad flumina porrectas contra naualem impetũ hominibus ꝓpugnaculiſq͗,& machinis ignem aut lapides excutientibus tacite firmauerant,Ex parte vero altera q͗tum muri tormentorũ vis aperuerat rudere ſimul & gleba ſtrennue prope ad iuſtam altitudinem coedificauerant/& per noctis ſilentiũ pice,oleo,ſulphure,incendiarioq͗ puluere quantũ copia fuit ligna imbuerant,que temere in foſſas prouoluta erant,tum cætera omnia que aut res aut cogitatio ſubiecit adminicula defenſionis ꝓuiderant/parauerãtq͗/nec in armis modo & miſſilibus/Sed in obſequijs quoq͗ & parendi ſtudio/itaq͗ cum eo incautius quo licentius Turci ad murũ ꝓperantes conſtitiſſent in cratibus/

quibus iter ſubſtrauerant coorti repente a muro oppidani facu-
las/aliũq; multipliciter paratũ miſſilem ignem contorquendo/
Terrorem ingentem prius/mox haud minorem ſtragem intulere/
Excitato pluribus in locis incendio & vno veluti momento per
omnem quã calcabant materiã/ſic ꝓpagato/vt neq; in eodem ve
ſtigio impune pſeuerare/neq; progredi neq; regredi facultas eſ-
ſet, Tetra ibi luctatio formidoq;/nam turres etiam ignem conce-
perant/trepidabatq; in caſtris, in quę fumũ flammãq; conuolue
bat aura quã matutinis temporibus flumina exhalant, Quæ res
ab incendio imminente oppidũ ſeruauit, Ruptis igitur conturba
tisq; ordinibus quiſq; ſaluti ſuę expediendę intentus circũſpecta
re vndiq; arma abijcere & qua ꝓpius liberiusq; effugiũ in tanto
malo apparebat excurſare, Sed ignis tam ſuo q̃ aurę impetu te-
mere per materiã incendio pręparatã volitans aut fugientes per-
ſtrictis in curſu neruis retinebat aut exitũ per quem effugere pro
perabant pueniendo occupabat, Sed & quibuſdã fumus proſpe
ctum ad fugam/quibuſdã conturbatio etiã mentem abſtulerat/
abſumebantq; ab igne, quaſi ſubitũ nouę rei diſcrimen immobi-
les reddidiſſet, Pauci ex vltimis ordinibus/& ijdem ambuſti debi-
litatiq; in caſtra refugere, Cæteros ingenti numero conſumpſit
incendiũ/cum reliquo totius oppugnationis apparatu/neq; vero
a nauibus fœlicius pugnatũ/quarũ nonnullas vis lapidũ tormen
tis efflata diſſipauit/nõnullas ignis implicuit reliquas fere aut re-
migum gubernatorũq; conſternatio/aut conatus recipientiũ ſe a
periclitantibus ad integras naues quã longiſſime ab oppido nau-
fragas exegit, Ea clade perculſus Turcus quaſi nõ ope aut conſi-
lio humano ſed a numine aliquo ſuis inflicta eſſet/granſſanteq;
etiam fame ſupra quã vt ſine tumultu & ſeditione in exercitu fer
ri iam ſpes eſſet, obſidionem, diſſoluere cõſtituit/ſed & fama erat
exercitũ ſatis validũ congregatũ iam a rege ad Segedunũ accurſu-
rumq; ꝓpediem/tamen ne animandis hoſtibus ſignũ aliquod tre
pidationis oſtenderet/legatos in caſtra reuocatos/minime beni-
gne allocutus eſt, Aſſeuerans ſe tum demũ pacis mentionem audi
turum/ſi Vladiſlaus ceſſiſſet ea particula Raſcię quã tenebat &
Belgradũ ſibi velut obſidem pignusq; fœderis vacuũ tradidiſſet/
Abſceſſurũ ſe tum quidem ab obſidione vt conſultandi ſpaciũ

Turcus Legatis rñdet

Vladiſlao exhiberet, Suadere vt malit ea conditione in amicitiã recipi/quã negando pauca quę poſtulabantur/de ſumma vtriuſcꝫ Regni diſceptare/petere ſe ea, quę iure belli ſibi deberentur/priuſquam Vladiſlaus foret in Hungariã accitus nec potuiſſe Hungaros id quod ipſi non habebant ius in alium tranſfundere, Si Vladiſlaus perſeueraret/malle de alienis contendere, ꝗ ſua quiete poſſidere/affuturum ſe in tempore & ſecum vna inſpectorem vindicemcꝫ iuſticię deum. ¶ Ea denunciatione, tum etiam quia domi haud quaquam otium a Regina fore apparebat, Rex adactus eſt mittere in Poloniam nunciatum: quo in ſtatu res Hungarica eſſet/& quę belli moles a Turco immineret/petitũcꝫ vt miles & pecunia in ſtipendium mitteretur, Decretus eſt ad eam legationem Sanoceus cuius eloquentia nõ minus ꝗ rei neceſſitas perſuadebat/facile poſſe poſtulata impetrari, Polonorũ primores ſub aduentum ipſius conuenerant ad Gorcinum quos ita allocutus perhibetur, Referre vobis quæ in Hungaria fœliciter tranſacta ſunt/& quã non longe abſumus vt difficilibus omnibus ſuperatis/noſtra ocioſe/aliena vero vtiliter ac tuto poſſideamus, Intelligo eſſe hominis qui foret oblitus, quanta animi magnitudine etiam per omnia diſcrimina Regnum illud obtinendũ cenſueritis ſimul putantis apud animum veſtrum plus conſequendę dignitatis cõmoditatem poſſe ꝗ gloriam. Nunc quando adhuc inſonant auribus meis magnifica decreta veſtra nullius vel laboris vel periculi habendam rationem non modo fortunis ſed ſanguine etiam ac vita adiunctę rebus veſtris Hungarię laudem paciſcendam. Non dicam prope eſſe vt Regis veſtri virtus & fœlicitas voti compotes vos fecerit Emperiaſcium interceptũ & Budam caput Regni obtineri tum Comitem Cilię a quo omnes actiones conſiliacꝫ Reginę imprimis pendebant/captum vinctũcꝫ ſub cuſtodia eſſe/a Deſpoto autem & Rege Boſſinę legationes aduenisse petentes amicitiam/& obſequium pollicentes, Prętere a omnes pene Hungaros optimates fortunę Regię ſe dediſſe imperatacꝫ facturos/Archiepiſcopumque & cæteros qui in primo tumultu Reginã ſecuti rurſus ad nos defeciſſe/& mox eorum omnium quorum maxime intereſt conſenſu/cum ſolenni cærimonia, Illic quocꝫ Regem noſtrum coronatũ/iam eouſcꝫ

Legatus ad Polonos miſſus a rege

formidabilem omnibus vt ad primã eius denunciationem Turcus ab obſidendo Belgrado diſceſſerit, Reginam vero deſperatis iampridem rebus trepide cum filio in Auſtriam profugiſſe relicto modico præſidio in Iaurino / & ipſum a noſtris obſideri paruculas deniq; ciuitates quę ſe in euentum muniuere / magis veſtrum q̃ Reginę nutum reſpicere / & iam minimo conatu illic debellari poſſe. Iſta & alij proſperę fortunę ſucceſſus iactentur / apud illos quibus non decus, non gloria / ſed cupiditas bellum ſuſcipere perſuaſerit / at vobiſcum ſic agam / peruulgata eſt nõ in Europa ſolũ, verumetiã in Aſia fama / ſuſceptę a nobis conditionis conſeruandi tuendiq; Hungarię regnũ, Et tam illi qui inceptis veſtris fauent / quã qui aduerſant̃ ſuſpenſo animo ſunt in euentum / vident omnes qui religionem noſtrã profitent̃ in manu veſtra ſitum eſſe / ſtabiliat̃ necne in perpetuũ / an paulo poſt intereat Chriſtianũ nomen, Contra fore ſentiunt profani vt eorũ ſuperſtitio aliquando deleat̃ / ipſi vero Europa omnino exterminent̃ ſi tanta conſtantia ſuſcepto negotio aderitis / quanta animi magnitudine ſuſcepiſtis. Nolite cõmittere vt aut ij timuiſſe aut illi ſperaſſe fruſtra videantur. Cum ſententiam de hijs quę Rex poſtulat dicetis cogitabitis vos eſſe veluti in theatro humani generis innumerabiles populos / infinitas nationes / vos circumſtare / expectantes q̃ fortunã, q̃ conditionem ſibi, liberis, coniugibus, parentibus, rebusq; caris alijs, Tum aris, templis, religionibus, & ſacris, ab hodierna die repromittant, Et ſimul cogitabitis a decreto quod feceritis non Hungarię ſtatum / ſed totius pene terrarũ orbis pendere / prout hoc vel illud decernetis / ita ijs aut illis Regionibus & gentibus diuina omnia & humana rata eſſe permanſura licuerit fortaſſe vobis recuſare cum poſtularemini, Nunc haud liberum eſt / non perpeti & facere omnia extrema / priuſq; ingenti animo ſuſceptam tantarum rerum curam deſeratis / antequam in Hungariam Regem veſtrum mitteretis / conſentiens ipſa inter ſe / ſuis viribus, ſuis opibus, multos annos veluti murus, ab alijs Chriſtianis Regnis Turcorum impetum ſubmouit, In eius vicem vos ſucceſſiſtis / & cum ipſius tuendę negotio Chriſtianæ quoque reipublicæ tuitionem ſubijſtis / pedem referre neque fas eſt, neque expedit; quando eo peruentum eſt, vt

cum Hungaria etiam vniuerſa res Chriſtiana aut ꝑdenda ſit, aut conſeruanda, Non vacat referre, quã multi pro dignitate patriæ vel retinenda vel augenda, vltro ſe morti obtulere/quã multi etiã vnius a ſe ſeruati ciuis gloriã, quã vitam maluerunt, Quod ſi pro vnius aut ciuitatis maieſtate, aut ciuis ſalute/bene impendit̄ vita/ eſtq̃ id glorioſiſſimũ/ quanti comparanda eſt laus/qua vos oĩs mortalitas efferat neceſſe eſt/nõ vna ciuitate ſed multis regionibus ac Regnis/nõ vno ciue ſed innumerabilibus gentibus & nationibus conſeruatis/longe vt ſentio minus præmiũ vobis ꝓponebatis cum de mittendo illuc Rege ageretur, Et tamen cũ difficilia multa domi foriſq̃ obijcerent̄ maluiſtis cum omniũ periculo eam quã tunc videbatis gloriã quærere/quã tute neceſſitatibus veſtris incumbere, Quod ſi tantũ ſperaſſetis exiguũ me hercule tã immortalis glorię preciũ viſum foret non ſua cuiuſq̃ ſalus, ſed cum fortunis omnibus liberorũ quoq̃ ac parentũ vel vita vel libertas/ſed deo ꝓpitio non capitis nõ libertatis a nobis ſubeunda dimicatio:paucis militibus & haud magno ſtipendio tam diuinã laudem conſequi poteſtis modo Regem veſtrũ iuueritis, Id ab eo expetitur nõ fortunę ſuę/nõ viriũ, non gratiæ, non auctoritatis eorum qui ſe ſequunt̄ diffidentia/ſed vt ſine ciuili ſanguine aut cę de poteſtati ſuę illic ſe tradat/quicquid hominũ ciuitatũue magis adhuc deliberat, quã repugnet/intelligitq̃ ꝙ immortale odiũ, inteſtina bella ſequat̄, Quantũ vel viriũ vel conſilij domeſticę factiones vbi gladiũ cruentauerint detrahant/ad externas actiones videt ſe ſola fama ſubſidiorũ veſtrorũ poſſe illic debellare/& mauult beneficijs veſtris integrã iam nunc Hungariã debere/ꝙ paulo poſt armis ſuis dilaceratã poſſidere/ſed neq̃ in re veſtra eſt regnum illud ſic ſubigi vt viribus ſuis prius conficiat̄/laceſſitus eſt Turcus denunciatione Regis & ſic ab obſidione diſceſſit/vt qui mox multiplicatis viribus & numero copiarũ ſit affuturus, Si aut tum etiã diſcordans aut iam tum mutuis ſeditionibus confectum Regnũ inuenerit maiori conatu repellatis oportebit/ꝙ ſint nunc in poteſtatem redigendę ciuitates paucę quę de ſe inter Reginam regemq̃ deliberantes ꝓpiores ſunt vt illius res profligatas deſerant/q̃ vt huius fœlicitati aduerſent̄/p̄ſertim ꝙ earum validiores finibus veſtris obiectę & illinc a Rege hinc a nobis prope

circumſeſſę fiduciā defenſionis habere nō poſſunt, Quod ſi integris membris ſuis ac viribus Regnū id obtinebimus prætereꝗ̃ ꝙ nobis ſecuris ocioſisꝙ vt ſemper antea & Turci impetus refringi & res Chriſtiana defendi poterit/licebit coniunctis viribus id qđ Chriſtianū nomen ab initio huius expeditionis ſibi de nobis polliceri cœpit/vltro bellū inferre & dirę gentis nephandā ſuperſtitionem non ſolū ab Europa exterminare verumetiā in Aſiam pſequi ac delere, pponite nunc vobis ex parte altera Regnū celeberrimum ac ditiſſimū non ſolū vicinū vobis & fœderatū/ſed tutelam etiam & munimentū veſtrū addite ipſius in vos recentiſſimū beneficiū ꝙ Regi veſtro ſponte ſe ſubiecerit. Coniungite cū illo Italiam, Galliā, Hiſpaniā, Germaniā, Græciā, reliquaſꝙ omnes ꝓuincias Chriſtiani nominis, Cogitate vobiſcū quot in illis nationes populi ciuitates, vrbes, oppida, quę publica quę priuata ornamenta/quot delubra, quot ſacra, quot ſacerdotia, quę ciuitatum mœnia, quę priuatorū ædificia/quā multi principes, ac reges maximi/quā innumerabiles illuſtreſꝙ virorū ac fœminarū ordines/quę omnia cū Rege veſtro periclitent̄, Ex parte vero altera ſint nō multę copię militū & mediocres pecunię veſtrę quas Rex a vobis poſtulet/vt ſuam & eorū quę dixi omniū ſalutem libertatemꝙ expediat. Nonne malitis ſine ſpe aliqua milites ac pecunias tales perire/ꝗ̃ tot tamꝙ inſignes res atꝙ homines in diſcrimine verſari. Quod ſi nō ad periculū aut iacturā expetunt̄/ſed ad ſocietatem partę iam victorię laudiſꝙ tantę quanta debetur tot Regionū gentiūꝙ ac ciuitatū ſeruatoribus, nō videret̄ ex grauitate ac ſapientia veſtra Nunc tandem prope partā gloriā omittere/pro qua aſſequenda neceſſitatū veſtrarū obliti aliena tuenda vobis ſuſcepiſtis atꝙ ideo in decernendo iterū atꝙ iterū cogitare velitis ne nō ſolum vos & veſtra ſed vniuerſam quoꝙ rem Chriſtianam in tuto collocare/ſtipendio ac ſupplemento exercitus minime multo/reſpectu magnitudinis glorię qua immortaliter celebrabimini, conſeruata/cum Regno de vobis benemerito/vniuerſa Europa, & quę in ea ſunt humanis diuiniſꝙ rebus omnibus/an per ignauiā & auariciā diſcedendo ab expectatione de vobis excitata/cum Rege veſtro ſocios & fœderatos in periculo ſuo nunc deſtituere/& mox tanꝙ publici Chriſtiani nōis deſertores

ab omnibus alijs deſpecti ac derelicti/a vobis vero proditi ac deſperati/cū potentiſſimo hoſte,vitę ac libertatis veſtrę dimicationem ſubire.¶ Vbi ille obticuit mittenda eſſe auxilia omnes qdem pari aſſeueratione cenſuerunt/ſed quo numero,aut pecunia aut miles mitteret̄ ea fuit diſceptatio.Erant enim qui vniuerſas regni vires in expeditionem decernerent & pacata Hungaria/ſtatim cōtra Turcū prodeundū dicerent/dum trepidus adhuc imparatus ꝙ hæſitaret exercitu a Belgrado/velut e naufragio ingentis tempeſtatis reducto,Cæteri negantes oportere Regnū vacuum dimitti propter Tartaros & tumultuantem Lituaniā/milites & pecuniā definiebant/ſed numero minime eodem/nam qui plurimū duodecim,qui minimū duo milia,ſubmittenda dicebant,decretū tandem,vt ijs qui ſponte vellent ſine fraude eſſet/ad regem priuatim ꝓficiſci/& vt publicitus quinꝙ milia militū cum annuo ſtipendio mitterent̄,Eum numerū ſatis tunc Regi ad pacandā Hungariam facile augeri poſſe ſi alia neceſſitas ingruiſſet,Se vero haud minus exinde quanꝙ regni viribus exhauſtis/nō ſecuros ſolum ab externis interim certaminibus verum etiā pacatos in omnes occaſiones fore.¶ Dum hæc apud Hungaros Polonosꝙ aguntur Regina interim Caſcouiano reliquiſꝙ populis qui vrbes ſuas ab initio inteſtinę diſſenſionis cōmuniuerant in euentū ꝑſuaſerat vt ꝑſidia ſua contra Vladiſlaū admitterent nec minus modo ſuppliciter rogando/modo maxima queꝙ pollicendo principū Hungarorū animos aggreſſa interdū etiam iurgando ꝙ immemores priſtini decoris/quo dudū apud patrem/mox apud ſe & maritū ſuū refulſiſſent/vni Agrieñ Epiſcopo a Vladiſlao poſthaberi paterent̄/quaſi aut nobilitas aut recte facta illius tanti eſſent vt præ illis ſolis & patrię cōmunis amor/& omniū fides nihili ducenda memoriaꝙ benemeritoꝝ negligenda & abolenda foret/quibus ita eos pellexerat vt Archieṗs & Ladiſlaus Gara cū plęriſꝙ aliJs rurſus ad ſe deficerent/itaꝙ cōmunicatis conſilijs/vt eodem tpe Vladiſlaū quem ſuos in patriam dimiſiſſe ſciebant/diuerſis locis anceps trepidatio circūſiſteret/in id conueniunt,Qđ regina copijs quas ex Auſtria Morauiaꝙ & Boemia exciuerat deſtinatis ad caſcouiā illiusꝙ appendices vrbes firmandas exercendasꝙ illinc populationes in eos qui Vladiſlaū ſequebant̄,Adauctoꝙ ꝑſidio in

Iaurino ipſa ſe in Strigoniū reciperet, Ladiſlaus aūt adiunctis ſibi quotcūqꝫ ad deficiendū allicere potuiſſet / ex parte altera bellū excitaret / & ſi fortuna cepto ſuo affuiſſet / ſe ad Iaurinū cū reginę copijs coniungeret vt Budā ſimul aut expugnarent / aut obſiderent impigre omnia vt conuenerant tranſacta / & bello qdem qđ per Boemos Auſtraleſqꝫ conductitios ex Caſcouia geri volebāt. Pręfectus eſt Ioānes Giſcra acerrimi vir ingenij / ducūqꝫ illius temporis militaribus artibus & robore viriū facile princeps / & vt bello optimus / ita in pace haud aſpernandus, Reliquū aūt quod fuit copiarū Regina Strigonij ſe continens in Iaurinū ſubmiſit Ladiſlaus igitur apud ſuos criminando indignandoqꝫ ꝙ gratia quæ vniuerſis debebat̃ vni tantū Agrieñ Epiſcopo referret̃ non illius tantūmodo opibus & auctoritate accitū coronatūqꝫ Vladiſlaū eſſe pluſqꝫ in id valuiſſe gratiā & auctoritatem plęrūqꝫ aliorum qui nobilitate ac fortunis multiſqꝫ priuatis ac publicis ornamentis longe ante illum eminerent, Si ad Agrieñ nutum ſpectandum, Si ab illius voluntate dependendum / fruſtra peregrinum Regem accerſitum / potuiſſe ſine ſumptu / ſine tanta molitione domi vltro ad eum ſummā rerum deferri, Quid euitatum in poſthumo niſi curatorum inter pares diſpar licentia & auctoritas, Quam ſi vtiqꝫ tolerare oporteret / multo eſſe officioſius id fieri in gratiam aui patriſqꝫ poſthumi / ꝙ pro augenda nobilitandaqꝫ re Polonica / Sed & plura eiuſmodi ad inuidiā Regis Agrienſiſqꝫ ſæpe ac multum vulgo iactando attraxit ad defectionem ſecum pene vniuerſam eam Regni partem quę Dalmatia continetur tanto populorum conſenſu / ꝙ in paucis diebus prope iuſtū exercitum in armis habuit Vladiſlaū tot vndiqꝫ oborta diſcrimina minime ſane pro rerū difficultate conturbauere, Sed conſilio ſingula dimetiens / dum ex Polonia pecunia mileſqꝫ adueniret / dum vires contraheret / quibus in omnes partes hoſti par occurreret, Inſtituit motus in quibus minus periculi apparebat / in præſens artibus elidere / vireſqꝫ illuc conuertere vnde magis diſcrimen ſi negligeretur affore ſentiebat / Itaque belli quod a Caſcouia oſtendebatur quia confici cum voluiſſet admotis ex parte altera Polonis in arbitrio ſuo ſitum credebat interea ſubſtinendi curam Iohanni Perceno præfecto Cheſmarchi delegauit / aſſignato ei milite

qui in oportuna p̄ſidia diſtribueret/ipſe ne cui ſe abſente nouan-
darum rerum occaſionem faceret/ꝓpter copias Reginę quę in
ꝓpinquo erant/ſimul vt ad omnes ſuorū oportunitates velut in
medio intentus eſſet/Budę ſe continuit/aduerſus aūt Ladiſlaum
in citius conatu ꝓpere coercendo anteq̄ aut Dux Imperio aut
tumultuaria turba militaribus obſequijs aſſueſceret/rerū omniū
ſummā plane verti conſtabat, Miſit Hunniadianū quem p̄ter ſin
gularem peritiā rerum bellicarū manu etiā ſtrennuū ac ſermone
promptū ſciebat/ad eaque accedere naturalem quandā dexteri-
tatem conciliandis ſibi animis hominū populorūq̄ ſtudijs ꝓme
rendis/vt de concordia prius ageret/auctorq̄ illius fieret/ſi forte
citra ferri diſcrimen cū ſuis Ladiſlaus ab inſtituto ſe retrahi ꝑmit
teret, Cæterū vt ſi parū perſuadendo ꝓficeret/vires adhibere poſ
ſet adiunxit illi Nicolaum Friſtarchi & ad milites qui ſub vtroq̄
militabant adiecit curiales ſuos & quidquid copiarū Iaurinū ad
id locorū magis infeſtauerat q̄ obſediſſet/profectus Hunniadia
nus ac ſi omnia infeſta circa eſſent/cōpoſito agmine itineribusq̄
exploratis ingrediebat̄/edicto ſuis ꝓpoſito q̄ quamdiu ab ad-
uerſa parte ſpes tota reconciliationis nō excluderet̄/quiſq̄ prȩda
populationibusq̄ abſtinendo ſedulo operā daret vt beneficio ad
concordiā potius q̄ vi ad certamen gentis ſuę homines ꝓuoca-
ret/nō amplius iam quinq̄ milib⁹ paſſuū aberat ab oppido Bat
ta penes quod Ladiſlaus ſe cū ſuis receperat dum vero impenſius
circuiens vniuerſos & ſingulos monendo hortandoq̄ dextra le-
uaq̄, Nec minus a fronte & a tergo aciem firmauit/ne quid per
occaſionem ex diuerſo cōmitteret̄ quod pacis conſilia in irritum
verteret/Tandem haud amplius q̄ mille paſſus ab hoſte ſe mu-
niuit in loco vnde caſtra oppoſita minime conſpici poſſent/veri-
tus humanorū affectuū lubricū/proſpectu ſuę gentis militū ani
mos remolliturū, Miſit deinde qui accepta dataq̄ fide Ladiſlaū
ad colloquiū inuitarent/deſignato loco in quo pariter conueni-
rent, Ea poſtulatio negligenter audita ſuperbeq̄ reſponſum/eo
Superbe reſponſū
ventū eſſe vbi gladio nō lingua decertandū, Satis intellectū anteq̄
arma induerent quid ſibi quid regno expediret/Si nihil vltra quā
eos alloquendos deſtinaſſet inanem laborem Regem aſſumpſiſ-
ſe/ea prout referebant̄ prolatis ad concionem nuncijs Hunnia-

dianus recitari fecit, Et ſubinde intulit maluiſſe ſe laudem prome reri reconciliatã voluntatũ publicęꝗ ſaluti q̃ reportare victoriã de hominibus ad interitũ patrię obſtinatis/nunc quando nõ faci=noris ad quod accincti ſtarent conſcientia/nõ periclitantis patriæ diſcrimine/nõ dei nõ hominũ verecundia/cõmouerent, Stringen dum eſſe gladiũ & ſalutem patrię ferro expediendã, Non aduer=ſus ſuę gentis homines ſed contra immanes parricidas/nec enim corpora veſtitũ/ora habitũ ſuos ab hoſte ſecernere, Sed mentes conſilia, facta, dictaqꝫ omnia in illis nõ hoſtilia modo ſed etiã par ricidialia eſſent/ac proinde cauerent omnes & ſinguli vbi ad ma=num veniſſent ne ebetarent animi & pugnandi ardor refrigeſce=ret aſpectu patrij habitus, atqꝫ habitudinis in hominibus equiſqꝫ, veſtimenta tantũmodo & arma Hungarica apud illos eſſe/cæte ra omnia minime a ſæuiſſimo hoſte differre/Sed & plærũqꝫ ani mis æquioribus aduerſus externos impetus prodeundũ, Iuſtas belli cauſas multas ſubeſſe poſſe/& eorũ qui pro Imperio & glo ria decertarent/cupiditates longe tolerabiliores, Agi eñ tunc nõ de interitu ſed de maieſtate populorũ, Illos nõ ſolũ ſine iuſta cau ſa ſed cõtra etiã fidem & iuſiurandũ ſuũ nõ ad augendã dignita tem ſed ad exterminandũ funditꝰ ac delendũ nomen gentis ſuę ar ma ſumpſiſſe, Quanto igit̃ odio ſtringendũ ferrũ putarent aduer ſus eos qui temeritatem paucorũ ſecuti nõ oppugnatũ ſed euer=ſum chariſſimã patriã per cupiditatem atqꝫ ambitõem venirent/tanto in aciem ꝓdirent ad eripiendã ex vltimo diſcrimine patriã, Indicandũqꝫ ſceleratis hominibus deum perfidię vltorem eſſe/fi=dem deniqꝫ publice ac priuatim Vladiſlao datam pro ſalute Re=gni ꝑfidorũ ſanguine ſtabiliendã/haud magni conatus eam rem fore/tumultuariã ac ſemiermem turbã ex diuerſo ſtare/nõ duci=bus, nõ ordinibus aſſuetã/nec quicquã aliud in ꝓlium afferen=tem q̃ male cauſę conſcientiã, Si interrogarent quid armis pete=rent nõ habituros quid reſponderent/eadem qua ꝓſilijſſent teme ritate/ad primũ ſtatim congreſſum fugã omnes molituros/pro=ductis ſubinde copijs inſtructiſqꝫ in hoſtem aciem direxit/nec La diſlaus certamen detractauit, Sed eadem ferocia qua prius lega=tis reſponderat/caſtris egreſſus ſequentes ſe ſuos, vt quiſqꝫ primũ ſe offerebat/ita eum in ordinem collocabat/magis temere tumul

nuantiũ more,q̃ ex inſtituto militari, Itaq; armorũ quidem genus par vtrunq; erat/ordo vero & diſciplina longe diſpar, In altera eñi acie omnia inſtructa, prouiſaq; nõ ad pugnã modo ſed ad ſubitos etiam fortunę caſus, In altera nulla fere ſpecies militaris diſciplinę. Cæterũ hos ira/illos conſcientia ſtimulante/magno vtrinq; ardore concurſum, Et a principio quidem aliquamdiu ancipiti fortuna pugnatũ accurrentibus vbiq; ducibus/& ſuos per omnia ſpei metusq; extrema, cohortantibus/ſed cum ſeruatis ordinibus recentes feſſis, integri ſaucijs, ab Hunniadiano vbiq; ſubſtituerentur, Ladiſlaiani aliquãdiu extracto certamine/cum ſine intermiſſione pugnarent/vulneribus & laſſitudine confecti/tandem referre pedem ſenſim cœpere, Quod animaduertens Hunniadianus, Nicolao quem ad fortuitos caſus in ſubſidijs locauerat ſignũ dedit/& totis viribus adortus iam tum nutantem aciem/utpote collectorũ temere nec caſtra nec ducem ſatis noſcitantium/quibusq; tam ignotũ vincendi decus, q̃ fugiendi flagitiũ eſſet, in fugam vertit, Multi & in p̃lio & in fuga cęſi/inter quos plęriq; auctoritate atq; opibus inſignes/ſed nec pauciores aut inter fugiendũ aut in caſtris capti. Ladiſlaus vero multis in locis effuſam ſuorũ fugam cohibere fruſtra conatus/tandem cũ paucis elapſus cum magis quę vitanda eſſent, quã quibus fideret, animo ſuccurrerent/nullibi prius ſe credere auſus eſt/q̃ Strigoniũ ad reginam magnis obliquisq; itineribus p̄uenit. Hunniadianus vero re bene geſta retro qua venerat ad Vladiſlaũ cum captiuis & pręda redijt, Ille captiuos haud ſane duriter increpitos fideiq; & iuſiurandi admonitos. Pręterea cognationis quę ꝓpter cõmunia vetuſtæ originis primordia inter Polonos Croatiæq; & Dalmatię cultores eſſet/quaſi contra ſanguinem ſuũ arma ſumpſiſſent in cuſtodiã tradi edixit/deinde ad laudes & munera quibus Hunniadianũ Nicolaũq; affecit/dignitatem etiam adiecit declarato vtroq; tranſiluaniæ duce, Cæterũ quia in Hunniadiano maior emine bat indoles/ad res bellicas ea potiſſimũ oppida quę Turcis obiecta erant/illi cõmiſit & copiarũ quantũ res tunc ſinebat/aſſignauit/vt nõ ſolum ſua defendere/ſed per occaſionem etiã fines hoſtium tranſcendere atq; operępretiũ facere poſſet, quod poſtea ſępiſſime fecit, Et Turcis quidem magnũ de ſe terrorem incuſſit/

apud ſuos vero ingentem ſpem excitauit,Multa tum prudenter/ tum fœliciter a Vladiſlao conſtituta,Eum aūt virum ad id negotium diuinitus delegiſſe,Euentus tandem indicauit/vt eſſet qui rem Chriſtianā prolapſurā ſuſtineret et poſt paucos dies captiui omnes liberaliter dimiſſi/plæriqꝫ etiā viatico alijſqꝫ rebus neceſſarijs adiuti/qui grato animo fidelem ſubinde operā regi in multis actionibus p̄ſtitere. Cūqꝫ pollicerent̄ ex ea parte ad quā acie debellatum fuerat/reconciliaturos ſe Vladiſlao quoſcūqꝫ victoria nō attraxiſſet,Miſſi ſunt cum primoribus eorū Nicolaus Laſſonianus & Sanoceus vt ciuitates vna circuirent/& populorū animos a Regina auertendo/ad Vladiſlaū acclinarent/breui fere omnibus perſuaſum/nō alia re magis ꝙ repetitione cōmuniū inter ſe primordiorꝫ atqꝫ ſanguinis.Nec ſolū fides ſed pecunia etiā impetrata in ſtipendiū militibus quos ad reprimendos conatus Giſcrę conducendos apparebat.Non enim ęque fœliciter ex parte illa res gerebat̄ a Ioanne Pereno/quippe quod Giſcra ꝑ occaſionem magnas plerūqꝫ prædas abigebat/Scepuſienſemqꝫ agrū ferro & igne prope ad vaſtitatem mulctauerat/nonnulla p̄terea oppida interceperat & diripuerat/Inter quę Emperiaſciū Scharuſciū Cliſtium/quod aliquandiu obſeſſum/per cuniculos tandem expugnauerat/id oppidū in monte ſitū velut ſpecula Caſcouiæ imminet,Et plæręqꝫ illinc clades ad id locorū illatę Giſcranis/dum aut prędatū proficiſcerent̄/aut p̄das abducentes in Caſcouiā ſe reciperent,Non deerat tamen opportunitatibus ſuorū Ioannes Perenus/& aut per inſidias hoſtiū carpebat copias/aut in aperto illis occurrens/& particularia certamina cōmittens/pro varietate locorum & fortunę interdū victor/Interdū etiam victus abibat/ Nec ſegnius aut infrequentius ꝙ Giſcra in hoſtilem agrū prędatum incurrebat,Cæterū cum per omnia tentamenta ageret de recuperandis amiſſis oppidis nullibi fortuna affuit/circūactuſqꝫ eſt annus irritis conatibus.Regina aūt vbi omnes p̄ces adhortationeſqꝫ conſumpſit ſuadendo Ladiſlao ꝙ arma rurſus indueret quia nō eſſet viri nō ſæpius fortunā aggredi/& fruſtrata ſpe ſemel ſtatim animos ſubmittere,Nullibi ſępius euentū variari ꝙ in bello/vbi minima quęqꝫ dictu maxima momenta excitare ſolerent,Tandem agebat vt inſtaurando exercitu pecunias ſibi cre-

deret, Sed neq; illis impetratis in Iaurinũ ad ſuos perrexit nec mul to poſt eum renunciaret, Boemos de pficiendo ſibi rege agitare/ vt in fide poſthumi ac ſua eos retineret in Auſtriam cõmigrauit, Quo cũ eam Ladiſlaus ſequeret a Frederico captus eſt/habitusq; in cuſtodia donec petentibus id impenſius Hungaris Rex eũ rede mit/quanti Fredericus extimauit, Interea ſubſidia ex Polonia pe= tita a Vladiſlao numero & apparatu inſigni aduenerant/Itaq; principio inſequentis anni licet annona grauiter laboraret hyems q; pernicioſe rigeret/tamen quia feſtinabat animus ad pacandũ Regnũ vndiq;/Vladiſlaus Caſcouiã verſus e Buda mouit/cui cũ multo inferior multitudine ac robore copiarũ Giſcra eſſet/nul libi auſus occurrere/intra muros ſe continebat, Itaq; oppidis quę priori anno vel defecerant vel intercepta fuerant/haud difficili co natu in poteſtatem redactis/inſtituerat Rex pficiſci expugnatũ Caſcouiã/cæterasq; ſubinde vrbes quę a præſidijs Reginę tene= bantur/vt ſi quid poſtea innouaret a Turco paribus illi viribus poſſet occurrere, Sed veriti Hungari locorũ ppinquitatem pbi= turam Regi occaſionem tranſcendendi in Poloniã/vulgata fama q; Regina de pace cogitaret/quaſi temerariũ foret bello ea quæ= rere quę per concordiã facilius conſequi poſſent/Budam reuerti pſuaſere dimiſſa illic copiarũ parte/ad belli reliquias pſequendas ab initio cum vulgaret regia expeditio/timuerat Fredericus/ne expugnatis vndiq; reginę pſidijs & recepta in ditionem omni Hũ garia/bellũ mox in Auſtriã a Rege tranſferret/ppter ſacram co ronam/quã apud ſe depoſitã a Regina ſeruabat/fertur q; de illa reſtituenda ſecũ agitaſſe, Sed cũ audiſſet poſtea dimitti exercitum remq; nõ per Regem ſed per vicarios gerendã ad Caſcouiã recre atus eiuſmodi cogitatione ſupſedit. Simul & Regina demiſſos animos extulit rurſus/& cum antea pacis mentionem vtiq; non aſpernaret/ſuperbe reſpondit optimatũ nuncijs/qui de concor= dia tractaturi ad illam prexerant, Sed & peſtis quę in regno graſ ſabatur/pſertim Budæ vbi eius mali vis adeo ſęuiebat/contactu & curatione ægrorũ vulgante morbos vt quotidiana tantũ fune ra oculis/deſperatio vero & mors omniũ animis obuerſaret, fa= ciebat illi ſpem tantiſper fore otium a bellicis actionibus/dum cõ mode pparare poſſet ea quę ipſa ex vſu ad partiũ ſuarũ vires in=

ſtaurandas arbitrabat̃. Vladiſlaus tamen vbi a regina pacem ſper
ni percepit/nihilo ſegnius edixit/ ꝙ Caſcouia oppugnaret̃/Ioan=
nemq; cui a Galero cognomen fuit cum nõ exigua peditum atq;
equitũ manu miſit/vt ſe coniungeret cum p̃fecto Cheſmarchi &
cõmunicatis viribus & conſilijs/Giſcram ſubinde quocũq; ſe re
cepiſſet/aut exturbarent,aut obſiderent. Giſcra vero cũ ciuitates
quę a Regina ſtabant,regia vectigalia volentes iampridem pen=
derent ſibi/& percuteret̃ moneta in Cremnicia,ſub titulo & no=
mine poſthumi/nouas copias ex Boemia conductas veteribus
ſuis adiecerat,Non tamen regio exercitui adeo par erat/vt occur=
rendi in aperto viribus fideret,Sed in omnes occaſiones Caſcouię
intentus expectabat videre quo ſe potiſſimũ regij conuerterent/
Inclinata itaq; illuc tota belli mole/ſumma vi vtrinq; oppugna=
batur & defendebat̃,Et ab initio quidem eruptiones crebrę fie=
bant ab Giſcranis/cõmittebant̃q; particulares pugnę/in quibus
ex vtraq; parte multi cadebant,Sed nõ tam facile oppidanis q̃ re=
gijs erat interfectorũ ſupplementa ſubſtituere/Itaq; cũ numerus
apud eos indies carperet̃/appereretq; haud ſatis viriũ tuendis mœ
nijs/tandem in vltimo diſcrimine affuturũ raro admodũ & non
niſi magna ſuadente occaſione/Giſcra cũ ſuis erumpebat/ad expu
gnandam igitur vrbem neceſſitatibus humanis regij animũ adie=
cere/ductisq; operibus & munitionibus circũ firmatis/incluſos
pene ocioſe obſidebant/maior erat intus hominũ numerus,q̃ pro
annonę copia,Itaq; congeſtis in publicũ omnibus quæ eſui fo=
rent p̃fecti ſunt duo ex p̃ſidiarijs/& duo item ciues qui cibaria
in ſingula capita quantũ ſuſtentandę naturę ſatis videbat̃ quoti=
die expenderent, Contrahebat̃q; menſurę modus indies q̃ plus
temporis & minus alimentorũ ſupereſſe apparebat/donec co= Fames
gente fame,nec ab immundis quidem animalibus abſtinebat̃/in=
tolerabile ſuapte natura malũ etiam deſperatio augebat/ꝙ nõ oc
currebat vnde affuturã opem aliquã ſibi pollicerent̃/Itaq; cum
manaſſet murmur oppidanos de traditione agitare,varia erant p̃
ſidiariorũ conſilia/idq; tantũmodo remorabat̃ fugam/ꝙ impe
ditior apparebat,q̃ vt tuto poſſent euadere. Quę cum ignoraren
tur a regijs diuturnę obſidionis tædio affectis/vrgente iam hye=
me ſine cõmeatu elabi ab exercitu ceptũ eſt,Et in ipſius victoriæ

aditu, obſidio paulatim diſſoluebat̃/præterq; ꝙ alia Boemorum
p̄ſidia/quę in ciuitatibus complicibus erant crebris incurſionib⁹
omnia circũuicina infeſtabant/vt regios ab obſidione ad tuendos
ſuos auerterent, Nunciabat̃q; Cheſmarchũ oppidũ non ſolũ pa=
rum ſtrennue defendi/ab illorũ incurſionibus/verumetiã defe=
ctionis ſpectare conſilia/Itaq; cum Dux regius videret etiam in=
iuſſu ſuo militem elapſurũ/vt ſaltem in fide Cheſmarchũ retine=
ret/diſſoluta Caſcouiæ obſidione/illuc ꝓpere mouit, Sed id q̃q;
irritũ fuit/nam pridie quã eo perueniſſet/Boemi admiſſi per pro
ditionem oppidũ occupauerant, Cæterũ etſi præſidij caput Ni=
colaus Perenus/in primo tumultu cum plęriſq; ex ſuis trepide ex
Cheſmarcho effugerat/tamen retinentibus qui manſerant p̄ſidia
rijs nonnullas turres/cum appareret ſi affuiſſet auxiliũ facile poſ
ſe oppidũ recuperari/forte ita euenit/vt Podolinũ peruenirent/
nouæ copiæ, quę a Polonis Regi ſubmittebant̃ Ducibus Lau=
rentio Zaramba & Nicolao Stora, quę cum a Regijs per inter=
nuncios ad Cheſmarchũ implorarent̃/neq; dubia res videret̃/qn
excludere Boemos illinc poſſent/petitã tamen ab ſe opem negaue
runt/ſeu timentes iter ſubinde ſuũ impeditius reddere/ſi Boemos
ꝓuocaſſent/ſeu quia priuſq; ad regem quo miſſi erant ꝑueniſ=
ſent/minime ęquũ videbat̃/aliquo ſe bellico negotio implicare/
Itaq; petitione ſuorũ contempta/neminem laceſſentes, inuicemq;
ipſi ab omnibus inuiolati Budã peruenere, Capto Cheſmarcho
bellum ab ea parte conuerſum eſt in Podolinũ/vbi regij præſidij
caput Nicolaus Comorocenſis/& vtrinq; per omnes conatus ar
teſq; bellicas res gerebat̃, Ex parte vero altera Regina vbi victo=
riæ ſuorũ famã accepit/diſſolutãq; ad Caſcouiã obſidionem/&
ipſa elata ad Poſonium mouit/quę ciuitas in fide ipſius ꝑſeuera=
bat. Et ſi Vladiſlai p̄ſidium teneret arcem p̄fecto Stephano Roſ
gonio/quē ſubito obſidere cœpit fauentibus ciuibus expugna=
tionemq; admirantibus, Sed cum neq; ęquũ videret̃ in ſuos prę
das exercere/neq; ſi id factũ foret/pro ciuili ac militari multitudi
ne ſuffecturũ cōmeatũ/appareret/populatores in Tarnouienſem
agrũ immittebat indeq; omnis generis quottidianę prædę adue
hebantur/ſimul vt cōmode in Preſburgo alerent̃ omnes/ſimul
vt Tarnouieñ ſuarũ rerum cladibus adacti a rege deficerent, Quę

omnia Roſgonius per occaſionem elapſus Budā regi expoſuit/
ſimulq; indicauit quo in diſcrimine res foret/niſi ſubito frumen-
tum milesq; & apparatus reliquus aut ꝓpulſandę aut ſuſtinen-
dę obſidioni neceſſarius in arcem mitteretur. Eum ſecuro animo
Rex eſſe iuſſit omnia in tempore affutura/ ipſe ꝙ ociſſime ad
p̄ſidium reuerteret̃, Nec mora Andreā Tantzineñ cū valida Po
lonorū Hungarorūq; manu Tarnouiā miſit ſimul ſuos tuitum
ab incurſionibus hoſtilibus/ſimul Preſburgeñ agrū viciſſim po-
pulatū/& vt obſeſſis inferret per occaſionem opem neceſſariā edi-
xit, Ille impigre mandata exequens/frumento ac milite tum ma-
chinis miſſilibusq; varij generis in arcem ſubmiſſis/illius potiun-
dę ſpem omnem Reginę videbatur ademiſſe/ſed & crebris popu
lationibus quicquid erat agri Preſburgeñ adeo mulctauit/vt ve
rius obſeſſos ꝙ obſideñ ſe ſentirent, Crebra inter arcendas popu
lationes vtrinq; certamina ferebantur, cadebantq; ex vtraq; parte
multi, donec actos in inſidias hoſtes Andreas tam ingenti clade af
flixit vt parū abfuerit/quin vrbs quoq; per tumultū/dum proſe,
quitur victoriā ab ipſo caperetur, Ea ſtrages reginalibus finem
excurrendi fecit/foſſa itaq; & muro ſubinde ſe tuentes/ oppu-
gnandę arcis conſilia ex integro per omnes artes machinationesq;
quotidie ſolertius agitabant. Sub anni finem ægerrime omnino
nutriebant̃/neceſſitasq; & deſperatio prope intolerabili impetu
rem geri cogebant, Igitur coædificatis turribus ambulatorijs om
ni genere miſſiliū regios a defenſione ꝓhibebant/ & muro quem
crebris tormentorꝝ ictibus die noctuq; impetebant/locis aliquot
detruncato ac diruto/nitebant̃ ſumma vi aut per ruinas aut ad-
motis ſcalis partem aliquā arcis occupare, Nec ad extremū Regij
tam acres in ſe conatus ſubſtinuiſſent/niſi audito ſuorū periculo
in ipſo rigore hyemis Rex ex Buda accurriſſet cum egregia vtri-
uſq; gentis manu/eius aduentu & ſuorū animi erecti & Regina
adeo conſternata/vt copiarū parte illic relicta clam cum cæteris
Viennam ſe receperit, Rex immiſſo in arcem ſubſidio tentauit vr
bem ſi forte in poteſtatem redigere poſſet. Tandem cū diu con-
tinuata obſidio intus & extra omnia conſumpſiſſet/appareretq;
in difficiliori anni tempeſtate nō minus diſcriminis a cœli ac ter-
ræ rigore ꝙ ab hoſte affuturū/tumultuario opere inſtaurauit

quicquid munitionũ hoſtis circa arcem labefactauerat/moxq́ȝ in Budam redijt/eodem tempore Poloni voluntaria manus nulloq́ȝ ſtipendio publico adiuta/duce Petro Odronoſano in Hungariam tranſcenſuri/arcebantur a Boemis/qui anguſtias in montium iugis occupauerant, Itaq́ȝ illi die frigidiſſima cum lenta ſed iugi pluuia caliginoſa atq́ȝ ob id minime ſuſpecta/ p̄miſſis impigris robuſtisq́ȝ quibusq́ȝ iuuenibus a quibus reſiſtentes/ſiqui forte affuiſſent/obtruncarent̃/per ſolutas Boemorꝶ cuſtodias, Nemine omnino aduerſante/ſaltum ſuperauere/mox cum adorti eſſent expugnare Capuſtanũ/quod oppidũ non longe ſitum eſt a Baradino/accerſente eos Rege/ſtatim vt par erat omiſſo incepto/Budã ſe receperũt/nõ ſine laude atq́ȝ admiratione Hungarorum/& ꝙ multi & ꝙ opulenter inſtructi/Sed in primis ꝙ indefeſſi opitulando Regi ſuo viderent̃, Vladiſlaus vbi omnes & ſingulos pro cuiuſq́ȝ dignitate ac meritis laudando bene de ſe ſperare iuſſit, Caſcouiã miſit oppugnatũ, ex quo oppido frequentes & magnę clades in ea regione quotidie inferebant̃/perſeuerantibus in fide Regis/Poloni cõmiſſum ſibi negotiũ breui abſoluerunt/& vt cæteris qui in præſidijs erant trepidatio incuteret̃/Boemos qui in manus venerant ad vnum omnes trucidauere. Interea nunciatur Tartaros p̄dabundos in Podoliam incurſuros/itaq́ȝ Vladiſlaus qui poſt Reginę fugam ſatis ab ea parte omnia tuta arbitrabatur. Bellũ vero quod Giſcra inferebat a regionis indigenis ſtrennue ꝓpulſari videret/ne defenſoribus vacuã Barbarorũ incurſus Poloniã inuenirent, Odronoſanũ cum ſuis retro in patriam dimiſit/quibus honoris gratia deducendis ad Regni fines nõnullos proceres Hungaros adiecit. Cum itaq́ȝ Agriam peruenissent liberaliterq́ȝ ab Epiſcopo accepti licentius quã ratio temporis & vicini hoſtis ſolertia patiebatur/conuiuijs hilaritatiq́ȝ indulgerent/ſeu quia numero ac viribus fidentes, periculũ contemnebant, Seu quia ſecundis rebus negligentia familiarior eſt, q̃ aduerſis. Telephus qui per id tempus pręſidij caput erat in Caſcouia ratus benegerendę rei oblatam ſibi occaſionem, cũ manu expedita ꝓfectus concitatiſſimo gradu per ſilentiũ noctis illuc ſe recepit. Cũq́ȝ omnes cuſtodias velut in media pace ſolutas inueniſſet, ab ea parte qua facilius ac tutius fieri poſſe arbitrabat̃, murũ

nullo nuſq̃ obſiſtente tranſcendit excitatoq; deinde ad terrorem
nonnullis in locis incendio canentibus ſignis & velut in capta vr=
be clamore ſublato/inermes ſopitoſq; adoritur, Et primo ſtatim
impetu domos quã plures & Polonorũ fere omnes currus tu=
multuarie diripit. Cunq; hoſtes inter clamorem, cędem, popula=
tionem, ignem, trepidi ac ſemiſomnes vix arma expedirent, cũ in=
genti pręda cæterarũ rerum/ſed & iumentoꝝ atq; hominũ retro
abijt, Hungari vero ac Poloni tandem ſomno & trepidatõe diſ=
cuſſa/cum ſimul armati conueniſſent, Nec difficile videret̃ fugi=
entem hoſtem aſſequi/& abactam prędam recuperare, Curſu ef
fuſiſſimo ægre ꝓpter impedimenta & laſſitudinem properan=
tes inſequunt̃, Itaq; prius multo q̃ inclinare ſol ceperat in occa=
ſum/cum inſtans a tergo exaudiretur hominũ ſimul & equorũ
fremitus. Telephus qui ſuos nocturni itineris celeritate ac labore
fatigatos ſciret tum pręda onuſtos atq; impeditos deſperata fu=
ga/ad vires ſe conuertit/& in quo ꝓpterea ꝙ Leopolieñ Palati=
nus erat plurimũ reponebat, ſeu redimi cogeretur ſeu ꝑmutatio
captiuorũ aliquando fieri contingeret. Petrum Odronoſanum/
quem cum alijs captũ abducebat familiari cuidam ſuo Soloma
nuncupato cuius fidem ſatis vt arbitrabat̃ cognitam perſpectãq;
habebat/in propinquũ oppidũ perducendũ cuſtodiendũq; com
miſit, Nec mora, vltima experienda ꝑcipiens/impedimentis ad viã
pręmiſſis/ſuos monet, Qui a tergo inſtarent, tumultuariã manũ
eſſe/inermes incompoſitos & adhuc inopinatę noctis p̃teritę pa
uore fluctuantes, ac trepidos, Nonnullos etiam ſaucios debilita
toſq;, Quibus cum tuendis ſe domi vires atq; animi defuiſſent/te=
mere poſtea ꝓſiliendo arma cepiſſent/quaſi facilius foret in aper
to campo res ſuas pugnando recuperare/q̃ fuiſſet clauſas intra
vrbem parietibus tueri, Quicquid aut periculi fuerat aut laboris
iam eſſe exhauſtũ/& celeriter eundo & inopinantes inuadendo
prędam eſſe in manibus/quã vtiq; multo facilius foret inter pa=
res vires defendere q̃ fuiſſet rapere, Sed & multos ex hoſtibus te
neri vinctos & eoſdem magis ſtrennuos/quos non ſomnus, nõ
metus, nõ ſubitarius tumultus a conferenda manu auertiſſet/qui
ſupererant/vino adhuc ſomnoq; graues aut vulneribus afflictos
eſſe, regendiſq; tantũmodo equis vix ſatis aut virium aut animi

habere, Qꝫ etiam ſi paria eſſent cætera/inter tam diſpari cauſa pu-
gnantes/fortiores eſſe debere/qui ſine ſpe venię de vita dimica-
rent/ꝙ illos quos modicę abactę prædæ dolor armauiſſet, Me-
miniſſent eorum quę in ſuę gentis p̄ſidiarios paucis ante diebus
ad Caſcouiã fœde ac crudeliter cõmiſſa fuerant, adniterenturqꝫ
pugnando acriter virorũ fortiũ exitu vitam relinquere potius, ꝙ
ſe capi paterentur per ignauiã & trepidationem/vt veluti pecora
per ludibriũ poſtea trucidarent̄, Quo maiori impetu in hoſtem
ferrentur eo minori diſcrimine partã prædam retenturos/multo
qꝫ incolumiores abituros, Superuenerant iam hoſtes itaqꝫ cõuer
ſus in eos Boemus magnis animis ac viribus impetũ quo in ſe fe-
rebantur excepit, propulſatqꝫ tam acriter/vt neqꝫ in equis neqꝫ in
hominibus p̄teriti laboris laſſitudo appareret, Suggerebat vires
cum venię deſperatio tum retinendę prædæ cupiditas. Polonos
autem & Hungaros non iactura ſolũ rerum ſuarũ/ſed verecun-
dia etiam ſtimulabat, Turpiter ſe deprehenſos putantes & a pau
cioribus inter vinũ ſomnũqꝫ rebus ſuis exutos/vnicamqꝫ eſſe il-
lius abolendę maculę/rationem ſi vincerent, Pugnatũ igitur ali-
quamdiu ancipiti marte, Cunqꝫ vtrimqꝫ multi & vulnerarent̄/
& caderent, Tandem laſſitudo peruicit/vt Telephini loco cede-
rent/in fugamqꝫ verterent̄/in qua multi trucidati/multi equorũ
pedibus obtriti præda omnis recuperata. Telephus aũt cum plæ
riſqꝫ Auſtralibus Boemiſqꝫ viuus in poteſtatem venit, ductuſqꝫ
eſt Agriam & cuſtodię traditus/at Soloma ſuorũ fortunę igna-
rus & commiſſi ſibi Odronoſani cura ſolicitus vt ꝙ celerrime ſe
in tutum reciperet, Nicolai Zuderis quę proxima erat/arcem pe
tijt, Is pauloante ad Reginam defecerat/itaqꝫ putans oblatam ſi-
bi occaſionem reconciliandi ſe Vladiſlao cuius auctoritati & re-
bus poſt Reginæ in Auſtriã cõmigrationem videbat plurimũ ac-
ceſſiſſe/captiuũ quem ꝓpter generis nobilitatem auctoritatemqꝫ
inter ſuos non iniuria magnifaciendũ putabat paulopoſt Budã
perduxit ad Regem atqꝫ eo munere defectionis veniã impetra-
uit/in tam p̄cipiti & diuerſa fortunę cõmutatione/nox caſus,
trepidatio, impetus, multa tulit aut inuſitato genere mortis/aut ra
piendi obſiſtendiqꝫ conatu varie memorabilia, Inter quę id vt ma
xime literis prodendũ ita etiam maxime miſerabile, Ex media for-

te populi forma & iuuenta florens Agrieñ ſuę conditionis atq; aetatis iuuenculã perdite amabat mutuoq; fœlici ſorte amabat/ conſueuerat vero ſeruatis occaſionibus ſe ad eam noctu recipere deſideriũq; ſuũ,nõ tam fructu amoris ſatiare q̃ nouis ſemper alimentis augere. Cum itaq; direptio ciuitatis apud amores ſuos ipſum deprehendiſſet/ratus forſan diſcurrentiũ ad prædam atq; cędem tumultũ eſſe ebriorũ/ ꝓpterea ꝙ largius q̃ ſobrios deceret, pridie vino indulgeri viderat/Non ſtatim ad primũ clamorem exilijt deinde cum non ſolum clamor & ſtrepitus armatorũ augeretur, ſed mulierũ quoq; eiulatio puerorũq; vndiq; ploratus maior q̃ pro comporantiũ rixa & iurgio diſcriminis aut mali grauioris trepidationem incuteret/quo euocabat conturbatio/ ꝓripere ſe voluit, Sed retinente amica/& ne recta properaret ad monente/ne ſi domeſticos quoq; alios idem tumultus exciuiſſet caſu in eorum aliquem ageretur/per feneſtrã in veſtibulũ domus ſe dimiſit, Quem vt foras emitteret illa ex diuerſo per ſcalas ꝓpere ſubſecuta oſtium reſerauit/cũ ſuperueniſſent iam hoſtes ex parte altera/mox foribus demolitis/irruperunt. Egredientem igitur armati gladijs vulneribusq; excipiunt, Eo etiam acrius, quod ipſe cum ferro intrepide per totam trepidationem ſtricto proſilierat, Non tamen ſtatim concidit etſi multis magniſq; vulneribus petitus/ſed acriter ſe defendens, duos prius obtruncauit/ibi mulier dolore ac deſperatione pluſq̃ viriliter elata ſtatuens nolle amanti ſuo ſuperuiuere/viribus quantas amor iraq; & deſperatio dabat/vni ex militibus qui exanime corpus circũſtabant/gladiũ extorſit/furioſeq; inſultans anteq̃ cohiberi poſſet plęroſq; vulnerauit viris ex diuerſo turpe ducentibus ſi ferro cum fœmina decertarent/tandem comprehenſa vbi ferocię qua concita debacchabatur ſtimulũ indicauit/gladio quem vltura amantem arripuerat pectus ſuũ tranſfodit, Et vt ſuper cadauer vita ſibi carius occumberet in partem in qua iacebat ſe p̃cipitem dedit/tanta militarium animorũ admiratione, ꝙ cæteris cõmilitonibus, cum pręda diſcedentibus/illi quos ad eam domũ fortuna congregauerat, vacui & mirabundi pene in manibus hoſtiũ remanſerunt. Similem ac Telephus caſum ꝑpeſſi ſunt eiſdem diebus Caica & Comorocenſis quorũ ille Broſonitiam hic Podolinum p̃ſidio tenebat, Nã

Amantiũ exemplũ

cum explorando comperiſſent oppidũ Emperiaſciũ negligenter aſſeruari/vacuũq́ eſſe defenſoribus eductis ſecũ ex præſidiarijs quibus preerant/fortibus expeditisq́ quibuſq́ militibus, q̃ꝫ oc cultiſſime ſilentio noctis illuc ſe receperunt/ſcalisq́ muro admo tis velut in ſuas munitiones/nemine repugnante in oppidũ pene trauere, Nec mora vbi clamor primũ, deinde cędes/non tam exci taſſet hoſtem, q̃ ſenſibus alienatũ, nec ad arma diſcurrere, nec pro uidere quicq̃ ſineret/quaſi per otium & licentiã omnis generis præda ſuos onerauere/forte die p̃cedenti quinquaginta Boemi ꝓfecturi ad Giſcram copias congregantem vt Richnonam obſi deret ſubſtiterant in Emperiaſcio, ab hijs vt fit in re trepida dum ſaluti quiſq́ ſuæ, non quo debet, ſed quo maxime poteſt, modo conſulit, Turris quę egregie munita erat dum Poloni oppidum diripiunt occupata ſtrennue defendebãt, itaq́ cum eius expugna tio difficilis appareret, timerentq́ Poloni Giſcram qui in ꝓpin quo erat/cũ exercitu ſuis accurſurũ/nec ſuffecturos ſe putarent/ tuendo oppido q̃ non totũ haberent in poteſtate contenti pręda/ retro qua venerant abiere, Non ſegnius q̃ cogitauerant, Giſcra vbi ad eum ſuorũ clades perlata eſt p̃parato inſtructoq́ iampri dem milite illuc accurrit/ex improuiſo vt aſſolet victores oppreſ ſurus in negligentia hilaritatis rei bene geſtę, Cæterũ cognita feſti natione qua retro prędam agebant/breui a tergo eos aſſecutus non ſolũ quia ſuperior copiarũ numero/ ſed etiam quia ſui re centes atq́ integri/facile omnes fudit, fugauitq́, Nec obluctatio cędeſue fuit: nam feſſi ac prædæ onere laborantes, Poloni vix primũ clamorem hoſtis ſubſtinuere capti Caica & Comorocẽ. cum paucis alijs quos ſubita fuga eripere ab hoſtiũ manibus mi nime potuit. Giſcra vero vt erat dux bellī acer victoriã ſequens ad Broçoniciam caſtra mouit, capto enim a ſe præſidij illius capite/ ſubitę illius deditionis ſpem nõ fruſtra conceperat/ſed cum inue niſſet oppidanos ad ſe tuendũ paratiores q̃ crediderat/cum ſuis abiturus re minime tentata apparebat/verum aut caſu aut huma na fraude in altera arce/nam illic duæ ſunt/incendiũ exortũ com pulit defenſores ad alteram confugere/moxq́ ne quid tale illic in ea quoq́ contingeret, Imperiũ hoſtis pene vltro ſuſcepere, Quo ex euentu viſum eſt fortunã iuſta lance partis vtriuſq́ gaudium

& merorem adæquare eodem tempore voluiſſe/Poloni deinde nouum p̄ſidium ſubmiſere in Podolinū, & Luboliam, Giſcra vero ab ea victoria oppugnatū Richnonam ꝓfectus/ex omnibus ciuitatibus quę poſthumo fauebant, exciuit auxilia: & cū Poloni repugnarent mœniaq; acriter defenderent/obſidione expugnaturus circumfudit exercitū, murosq; tormentis ac machinis admotis quaſſare cepit, & diruere, Sed quicquid interdiu ſolo æquabatur, nocte opere tumultuario inſtaurabant obſeſſi, diſtractaq; eſt in menſes aliquot oppugnatio. Tandem cum vrgerent humanæ neceſſitates non minus q̄ hoſtis, nec quicq̄ aliud neceſſariam deditionem remoraret̄ q̄ ꝙ Agrienſis Ep̄s affuturus cū auxilio ferebatur. Ceſſante illo diutius q̄ aut fames aut iam impigra expugnatio ferri poſſet/pacti vt cum armis rebusq; alijs ſuis incolumes abirent, vacuam arcem tradidere, fides Polonis ſeruata: poſt quorū deditionem illico Agrienſis cum exercitu ſupuenit/ & ſe non procul ab Giſcra cōmuniuit, quaſi mox totis viribus decertaturus, Sed licet per occaſiones vterq; alter alterius copias plærūq; carperent: a generali tamen pugna conferendisq; ſignis abſtinebatur, Nam & Giſcra fœlicitatem aliquot annorū vnius diei fortunę cōmittere nolebat, Et Agrieñ haud quaq̄ ſuis fidēs, quod maiori ex parte tumultuaria manus & militaris diſciplinæ rudis, tutius arbitrabat̄ cunctando in locis iam pridem feſſis diuturna obſidione redigere hoſtem ad inopiam rerum omniū, q̄ vires experiri, Itaq; cum neq; lenius neq; ſerius q̄ ſperauerat Agrieñ. Giſcra & ſui penuria alimentoꝝ premi inciperent, futurūq; plane conſtaret, vt aut nullomodo aut non niſi cum ſummo diſcrimine perſeuerare in eo loco poſſent/nulla inſigni pugna commiſſa rediere in Caſcouiā, Nec multo poſt ceptū eſt inter Giſcrā & Agrienſem agi de concordia, multiſq; hincinde variatū prius conditionibus: tandem coniuncta Giſcræ per matrimoniū Ep̄i nepte: non ſolū pax ſed affinitas etiam inter eos inita eſt, Id bona ne fide factū fuerit vulgo addubitatū, Tum ꝙ reginæ vt oportuit approbatio ſubinde non acceſſit, Tum ꝙ relaxandis vtrincq; captiuis fidem Boemi violauere, Cæteris enim ad ſuos dimiſſis, Caicam & Comorocenſem de quorū etiam libertate tranſactū in pace fuerat, retinuere, Sed & poſt concordiā Giſcra intercepit

oppidū quod in Scepuſio a ſocero ſuo tenebatur, p̄daſq; & captiuos ex illis qui Regi fauebant/per occaſiones atq; inſidias abigere perſeuerauit.

Sciſma

¶ Diſceptabat̄ per id tempus de ſacrorū generali antiſtite a Chriſtianis/& erant qui Eugeniū in Italia a collegio Cardinaliū electū/& qui fœlicem in Germania quem Baſilienſe conciliū deſignauerat, pro ſummo pontifice comprobarent ſequerenturq;, Multi etiā principes regeſq; & nationes inter quas Hungari & Poloni tam ancipitis controuerſiæ finem expectantes ſententiā ſuā diſſimulabant, Cærimonias interim rituſq; quales a maioribus ſuis acceperant/religioſe obeundis ſacris continuando. Cum itaq; nō ſolum eos, qui ex diuerſo ſtabant, ſed etiam qui ambigua deliberatōe ſuſpenſi, & ſtudia ſua occultantes, neutrum alteri pręferebant, tam fœlix ꝙ Eugenius diuerſis artibus ſollicitaret, ſibiq; acclinare niteretur/ab vtroq; legatio diuerſa eodem tempore venit ad Regem, Et Fœlix quidem fretus vinculo ſanguinis quo Tridentinus Epūs Alexander a ducibus Maſouię oriundus, Vladiſlao coniunctus erat, illum iampridem a ſe cardinalem deſignatū potiſſime idoneū duxerat/cui partes ſuas committeret/vt ſi parū cauſa valuiſſet propter ꝓpinquitatem ſaltem nō aſpernaretur. Ab Eugenio aūt venerat Iulianus Cæſarinus etiam cardinalis/& hic quidem vrbem Romā non ſolum diuinitus electum locum, Sed Petri & Pauli aliorūq; innumerabilium Religionis fundatorū ſanguine conſecratū in quo crearetur pręſideretq; maximus pontificū, Sacroſanctū Cardinaliū collegium legitimā iugemq; ſucceſſionem, tum de more habitam/& ab illis quorū res eſſet, electionem: præterea totius Italiæ conſenſum/& Græcorū voluntatem iudiciūq; pro Eugenio allegabat, Nihil aliud ex parte altera eſſe dicens præter tumultū perditorū quorundam/quos fortunis ſuis ꝓfligatis abiectaq; dei & hominū verecundia, Spes nouarū rerum ſine auctoritate, ſine ordine, ſine cauſa, velut ad nundinandū ſacra congregaſſet. Ille aūt ex diuerſo nō locum, ſed puritatem animorū, vitæq; ſanctimoniā pertinere ad religionem dicebat/nō referre vbi eſſet dicereturue ſummus pontifex, Sed quis & a quibus. nimis in arcto circumſcribi columen Chriſtianæ profeſſionis/ſi eius caput non niſi Roma & creare poſſit & capere. Quid futurū ſi ea vrbs aut poſſideret̄ a Barba-

ris, ut alias contigit/aut omnino deleretur, Si fortuna loci ad rem quę tota in animis eſt momentū aliquod habere poſſet, Hieroſolimas ſanctiori multo, quam Petri & Pauli ſanguine conſecratas, Illic religionis noſtræ veriſſimū caput, Immortalitatis noſtræ omnia myſteria conſtituiſſe, Illic ſummi ſacerdotij prima ſucceſſionis initia/& tradita & ſuſcepta/non humano aliquo caſu, vt in Petro factū & Paulo, quorum hic tanquam reus Romā perductus, ille Simonis magicis vanitatibus attractus, ſed voluntate electione quam diuina/quo ad Cardinales non animaduertendos ex titulo & nomine, quę laſciuientis fortunę fauor etiam immerito cuique conferre poſſet, Eos etiam ſi vrbem Romā nunquam viderint, nunquam titulo Cardinalis inſigniti ſint tamen veros eſſe apud deum religionis noſtræ cardines & fundamenta, quorū doctrina, vita, mores, actiones, denique omnes, cum religione conſentiunt, Nihil intereſſe qua quis ſit fortuna, & dignitate/deum enim nō quę extra hominem ſunt/verū animos ipſos intueri atque expendere/de que hijs quę ad ſacra pertinent/nō fortunati ſed optimi cuiuſque iudicium comprobare/ſed neque multū conſuetā cærimoniā eligendi in vrbe aut poſſeſſionem Romanę ſedis ad veram diuini vicariatus ſucceſſionem attinere, vbicunque bonorū cœtus conueniſſet diuini ſpiritus ſenſum adeſſe intelligi debere, Et quę dicta, acta, conſtitutaque illic eſſent, vt ab eodem ſpiritu manantia accipienda, Pręterquam quod temerariū etiam periculoſum eſſe prę paucorum obſtinatis animis, quos nihil aliud quam mala conſcientia contumaces redderet, publico Chriſtianæ reipublicę conſilio nō adhęrere, Non dubitare aut Eugeniū, aut qui illum ſequerent/vel de ſua, vel de concilij auctoritate/ſed intelligere/nō poſſe ſe & in religione eminere/& ab ea animoque & vita maxime abhorrere. Si non niſi pro religione ſolliciti eſſent/nequaquam aduerſaturos concilio, cuius nō alius finis quam religionis ſanctitatem dignitatemque conſeruare, & augere/vere ſanctos pontifices qui ad id locorū eccleſiæ præfuerant, Nunquam tantam rationem habituros fuiſſe de concilijs, niſi intellexiſſent, id quod ad omnes ex æquo pertinet/omniū iudicio & conſenſu moderandū, longeque altius poſſe proſpici/ea quę veriſſima ſalutariaque ſunt in rebus diuinis, ab vniuerſali Chriſtianorum iudicio/quā a paucis Romanis ſacerdotibus aut metro-

polis eiuſdem epiſcopis/hinc nõ minus fere ꝙ quatuor euange-
liſtis tributũ ſemper & tribui ab eccleſia quatuor concilijs, Niceno
Conciliorum auctoritas
ſcꝫ, Conſtantinopolitanoqꝫ, Epheſino, & Calcedonenſi, in qui-
bus præter alia multa diuinitus ad decus amplitudinemqꝫ religio
nis conſtituta/confutatę eſſent & exploſę hęreſes nepharię ac per
nicioſiſſimę, quibus profeſſionis noſtræ vera fundamenta ſub-
uertebantur, Siquidem Niceæ Arrij, Conſtantinopoli Macedo-
nij, Epheſi Neſtorij, Calcedoni Euthichis impietates conuictę dã
natęqꝫ/reliquorũ quoqꝫ conciliorũ ſubinde omnia decreta ſuum
ſemper pondus ſuã maieſtatem tenuiſſe, Non poſtulare qui prę-
ſidebant Baſileæ, vt de vniuerſorũ ſalute deqꝫ vel in primo vel in
quocunqꝫ alio ordine religionis noſtræ emendandis ſibi crede-
retur/quod temerariũ eſſet atqꝫ improbũ/ſed ad diſceptationem
iudiciũqꝫ illorum, omnes quorũ intereſſet aduocare/quibus ſępe
iactatis vtrinqꝫ & a Rege ac ſuis auditis/in comprobando hoc
Iulian⁹ de Cæſarinis tractat pacem
vel illo ſummo pontifice neutri legatorũ eſt aſſenſum, Cæterum
quia Iulianus ad ea quę ad rem diuinam ſpectabant/adiecerat in
teſtina certamina quibus arx & præſidiũ Chriſtiani nominis Hũ
garia vaſtabatur/male affectũ habere Eugenium/cæterosqꝫ qui
rem Chriſtianam ſaluam vellent/ſuaſeratqꝫ deponenda arma per
concordiã/cuius æquas conditiones inuenturũ ſe ſperaret/ſi cũ
bona vtriuſqꝫ partis venia tentare licuiſſet/vbi planũ factum eſt
ei/nihil omiſſum a Rege eſſe quod ad pacem facere videri poſ-
ſet/multasqꝫ legationes ſubinde fruſtra ad Reginam cõmeaſſe.
Conceſſum eſt vt quantũ in ea re poſſet experiretur, Ille poſtꝙ
Regis animũ a quietis conſilijs minime abhorrentem vidit/pro-
fectus ad Reginã/cum de vtilitate pacis deqꝫ incomodis belli, di-
ſcriminibusqꝫ diſſeruiſſet ea, quę putauit ad id quod intendebat
pertinere, Sexus illam conditionisqꝫ ſuę admonuit/& quã de fa-
cili populorũ ſtudia cum fortuna mutarent̃/nõ eſſe eius quę pau
lo ante experta foret/quid paucorũ tumultus poſſet/contra pene
vniuerſorũ conſenſum/in eo bello ꝑſeuerare/in quo viribus mul
to & facultatibus eſſet inferior/ſtare ex parte altera omnem vim
Polonorũ/& cum illis maiorem partem ex Hungaris/quorum
opes & auctoritas, in Regno emineret, hominũ armorũqꝫ & iu-
mentorum ſatis eſſe reparando exercitui/ſi quid aduerſi contigiſ

ſet: partibus aūt ſuis adeſſe paucos præter militem conductitiū, cuius fides non ex affectu ſed ex precio penderet/ prætereꝗ̃ quod *inita affinitas inter Giſcram & Agrieñ merito ei ſuſpecta eſſe poſ*ſet. Ea quoq; quę ſatis firma ſibi & apparata viderentur in vnius prælij ancipiti fortuna expoſita eſſe, vixq; ſperare poſſe reparaturam ſe rurſus ad pugnā vires, ſi ſemel acie vinceretur/ victurū quidem poſthumū diutiſſime: ſed conſiderare oportere ꝙ innumerabilibus caſibus humana vita ſubiaceat/ & quo minus roboris in ea ætate eſſet aduerſus malas valitudines, eo facilius extingui ſolere/ magisq; timendum/ ꝙ ſubinde ſibi/ quā adultis duabus filiabus ſuis fortunā repromitteret. Cum etiam quos ſpes & gratificatio poſthumi tunc in fide retineret/ orbitas regni eſſet in contrariū auerſura, Satius multo pręcauere ne ſi pręmatura fata filium Regno ſubduxiſſent/ filiæ quoq; excluderentur: ſed ſaltem altera illius veluti vice regnaret, Inter marem & fœminā quo ad parentes nihil intereſſe præter ſexū/ in Vladiſlao eſſe illa omnia/ per quę reginulę vtriq; aliquando coniugandę/ merito ab ea gener eſſet expetendus. *Temporis vero & rerū conditionem vtroſ*q; ad affinitatem nō ſolum inuitare, verumetiā quadam veluti neceſſitate vrgere/ ad extremū meminiſſe debere *viri patris*q; ſui/ quibus præter diuinos honores cætera omnia cum ſumma fide tribuiſſet: Ea gens, quę periclitatura erat, niſi ad pacem animū adieciſſet/ indulgendum fortaſſe aliquando viris/ vt protuenda aut augenda dignitate vnius/ populorū multorum ſalutem in diſcrimen adducāt. Muliebris certe verecundię non eſſe/ oportunitati ac ſaluti tot de ſe bene meritarū vrbium & populorū pręferre incertas ſpes vnius infantuli/ famā hominū extimeſcendā/ ſed & dei immortalis vltionem/ ſi per eam ſtaret/ quo minus a nefario bello/ & Chriſtianis rebus maxime periculoſo abſiſteretur. ¶ Ad ea Regina/ ſatis ſe ſuas hoſtisq; facultates noſſe inquit & quantū vel vires vel fortuna poſſit in bello non ignorare. Cæterū minus flagitioſum dolendūq; eſſe reſiſtendo exturbari. ꝙ per ignauiam & vanū metū Regno excedere/ iuſtam eſſe cauſam ſuam, neq; ab futurum vindicem iuſticię deum/ filium vero incolumem eſſe/ ac deo propicio fore. Qđ ſi malum fatū contra ſpem quiꝙ afferret/ nouā rem noua conſilia ꝑbituram/ Hungarorū quidem me- Reginæ rñſum

i

ɛlta in ſe ac ſuos ingentia eſſe, Sed quo maiora erant eo magis ſi-
bi annitendum ne cogerentur in ditionem ipſis inuiſam degenera-
re/ſi tamen ſine cæde & ſanguine id fieri poſſet/nihil eſſe quod
mallet. ¶ Sub hæc verba Iulianus, collaudato Reginę animo/&
ꝙ muliebriter bellum nō expaueſceret/ſi neceſſario gerendū fo-
ret/& qđ concordiam, ſi modo ęqua offerretur, nō aſpernaret/
de pacificationis forma cœpit cum ipſa agitare. Cæterū multis
vtrinq; conditionibus in mediū adductis prius, ac repudiatis/cū
maternū animū æque adulta filiarū ætas/atq; infantis cura ſolli
citum haberet. Tandem adacta eſt Regina, vt conſentiret has ſi-
mul leges & ſtabilimenta concordię ad Vladiſlaū perferri, Ante
omnia ꝙ alterā reginularū ipſe, alteram Cazimirus qui tum Lit
uaniæ præerat, vxorem duceret: & Cazimiro quidem expenſu-
ram Reginā dotis nomine centū & viginti milia aureorū: Vladiſ
lao vero collaturā ducenta milia in terra Sileſia iure pignoris ob
ſtricta ceſſurāq; iam tum illi poſſeſſione, reſeruato ſibi redempti
onis iure/qn̄cunq; cōmodū fuiſſet: Quod aūt ad Hungariā atti
neret, Vladiſlaus mox ſeſe Regio titulo abdicaret/ꝓcurationem
ac tutelam vſq; ad integram poſthumi ætatem retineret/vbi ille
adoleuiſſet, ꝙ & ꝓcurationem dimitteret. Q; ſi intra puberta-
tem aut quandocunq; poſtea ſine liberis poſthumū decedere con
tigiſſet/cum Regio titulo ius atq; arbitriū Regni ad Vladiſlaum
reuerteretur. Cæterū compenſandis impendijs ea in expeditione
factis: terra Scepuſienſis ꝑpetuo iure adijceretur Polonię regno/
Hungari vero ſponte ac bona fide antiquarent/quamcunq; acti
onem & ius quod aut in Podolia aut in Valachia habere ſe cre-
derent. Accepiſſet Vladiſlaus ſine dubio conditiones tam ſibi ꝗ̄
Regno ſuo cōmodas, Et erant ex Hungaris multi qui aut exter-
num bellum timentes, aut inteſtinū execrantes/non fortiter ſenten
tiam Reginæ impugnabant. Cum tamen agi appareret de facul-
tatibus atq; amplitudine Regni/placuit aut per nuncios aut per
literas eorum quoq; procerū, qui præſentes nō erant voluntates
exquiri, a quibus, vt fit, pro cuiuſq; ingenio allatæ ſunt ſenten-
tiæ/non ſolū varię ſed omnino etiā diuerſę/cum forent qui ini-
quiores quoq; conditiones domi ꝑferendas cenſerent/dūmodo
foris tuti eſſent: & qui nullam omnino concordiā habendā dice-

Iuliani ver-
ba ad Re
ginæ re-
ſponſum.

Conditi-
ones pa-
cis & pa-
cta dota-
lia

rent, niſi q̄ arma cōſtituiſſent, Itaq̨ quo magis aut timide nimiū, aut periculoſe alij cenſebant/eo poſtq̄ recitata eſt ſententia Hunniadiani maiori aſſenſu omniū accepta eſt. Cum nihil in vtrāuis partem affectatū contineret: Scribebat enim/videri ſibi ꝓpter imminens a Turco negociū/neq̨ repudiandā pacem temere, neq̨ tamen amplexandā cupide: Et ſi natura ſua pax ſemper bello ſit anteferenda/neq̨ omnino aliam ob cauſam gerantur bella q̄ vt pace frui liceat/concordię tantūmodo conditiones recte animaduertendas, Et ſi iniquę offerrent̄ cōmodiores exigendas: quę ſi impetrarentur, nihil ſatius, q̄ inuicem domi in gratiā redire, Et depoſitis inteſtinis armis pugnare foris. Si vero Regina pſeueraret inire id fœdus in quo ſui ſuorūq̨ habita ratione, membra regni nō ſolum ad tempus poſſidenda externis traderet verumetiā a corpore ſuo perpetuo alienaret/omni ope reſiſtendū cenſere. Nō animū non vires defuturas, ad extorquendā æquam pacem minori etiā ſumptu q̄ foret impendendū pro concordia/quę tunc offerebatur. Itaq̨ Iulianus rurſus ad Reginā profectus pauca quædā in prioribus conditionibus cōmutata retulit, Sed cū neq̨ ea Hungari ꝓbarent modo hac modo illa cautione variata, vltro citroq̨ multoties fruſtra cōmeauit. Tandem vero vt quod vltimū erat experiretur/vtrinq̨ impetrauit/ꝙ in Iaurinū Vladiſlaus ad Reginam ꝓficiſceretur/ſi forte p̄ſentia & mutuū colloquiū ad concordiam inter eos eſſet efficacius, q̄ alienæ perſuaſiones. Poſtq̄ conuenere, poſt mutuā admirationem/cum in alterius ætate tam tenera procurationi & tutelę tam ampliſſimoꝝ regnorū par indoles emineret, Alteram vero præter ætatem iam grauem/animi magnitudo in periculis/maximiſq̨ quibuſq̨ actionibus explicandis/venerabilem redderet/primi congreſſus vt par erat quærelas purgationeſq̨ mutuas habuere/aſſeuerantibus vtriſq̨ ex diuerſo contra ius faſq̨ ab altero violari/armaq̨ neceſſario nō ſponte ſumpta, Tandem cum dies aliquot de concordia colloquendo cōſumpſiſſent/ſic ab inuicem diſceſſere, vt conciliatos apparuerit/ꝓpter ditiſſima munera, quibus ſe mutuo benigniſſime ꝓſecuti ſunt: quo tamen ordine armā deponenda eſſent/nō eſt vulgatū/Id plane conſtitit Reginam paulopoſt Budam profectā/ꝙ cum feciſſet, emiſſo prius Ciliæ Comite e cuſtodia, in qua fere ab ini-

Hunniadiani ſententia

Iulianus conditiones reformat.

Conueniunt Rex & regina

dio belli ſeruatus fuerat/pax firmata eſt, & expreſſa, cuius dū ſerma diſcutitur, Vladiſlai virtus ac dexteritas in agendis mire acclinauerat in ſe Reginæ animū, manauitq́ʒ murmur/dataq́ʒ in id mutuo fidei, q̄ Vladiſlaus libere in Hungaria regnaturus foret/ ſi modo aut precib⁹ impetraret, aut armis extorqueret/ſacrā Hungariæ coronā, & poſthumū, a Friderico Cæſare, qui poſt Alberti mortem, fretus reginæ viduitate, infantis patrimonio in Auſtria abutebat̄. Cæterū vbi Regina in Iaurinū rediȷt, leuiter ægrotare cœpit/ac triduo poſt torminibus interȷt/non ſine veneni ſuſpicione, propter mortis celeritatem/ſed vt de veneno addubitatum/ ita quantū exterioribus ſignis licuit dep̄hendere id maxime compertum, Vladiſlaū ſcilicet ægerrimo animo mortem eius tuliſſe, frequenterq́ʒ aſſeueraſſe/ſublato velut obſide ac ſtabilimento pacis, Boemis rerum nouarū cupidis, non defuturas cauſas machinandi contra fœdus, vt bellū inſtauraret̄, Nec ſecus accidit, paulo enim poſt cum oppidis ſimul omnibus quæ præſidȷs eorū tenebantur ad Cæſarem defecere, Rurſusq́ʒ non ex inſidȷs ſed vi aperta ceperunt regȷs partibus inſultare. Eodem tempore apparatu & numero hominū inſignis legatio venit a Turco/magis vt fama tenuit exploratū/quis ſtatus eſſet rerum in Hungaria, propter inteſtinū bellū/de cuius euentu maxime ſollicitus erat, q̄ q̄ crederet ea quæ poſtulabat impetrare. Quandoquidem Hunniadianus cui cohibendarū populationū Turci curam cōmiſſam fuiſſe diximus/nō ſolum incurrentis impetū ſæpe ſubmouerat: ſed fœlicitate etiam & virtute ſua fretus in agrum hoſtilem populabundus ipſe irrumpens/occurrentibus ſibi Turcis haud ſane ignobiles clades intulerat/& fortuna ſapienter vtendo paulatim extorſerat/vt non tam vincere, q̄ vinci ſe poſſe ſentirent: Itaq́ʒ cum fere eiſdem verbis, quibus ad Belgradū regȷ legati dimiſſi: tunc etiam offerretur fœdus/eiusq́ʒ velut obſes poſtularet̄ aut Belgradum aut annuū tributū/ſuperueniente nuncio ab Hunniadiano/qui aſſerebat per eos dies cum Turcis bis fœliciter pugnatū/ multosq́ʒ in prælio captos, plures in fuga trucidatos: inter quos cecidiſſent duces duo maxime inſignes: p̄terea ſigna militaria plæraq́ʒ illis adempta: Et cum victoria ingentem quoq́ʒ p̄dam a militibus reportatam/haud ſane mitius reſponſum eſt, q̄ inflata legatio exi-

gebat. Inquit enim Rex/ relaturũ ſe de his quę petebant ad Hunniadianum, & ſcd'm fortunã quę aut illi aut Turcis aſtiterat, proximis diebus per legatos ſuos ad poſtulata reſponſurũ. Cæterum cum poſt Reginæ mortem Regni omnes ꝓceres in fidem Vladiſlai rediiſſent, nihilq; hoſtile iam in Regno ſupereſſe videret/ præter Caſcouiã cum appendicibus: & illic quoq; affinitas inter Giſcram & Agrieñ inita renouandę concordię ſpem faceret: videreturq; Cæſar ad quem factio illa defecerat/ etiam vt cætera parum eſſent apud eum efficacia: tamen propter quietis ingenio ſuo inſitum ſtudiũ, omnino pacem bello ꝓlaturus. ¶ Iulianus ratus comodũ tempus ſuadendę contra Turcos expeditionis/ & publice apud Regem/ & priuatim apud primores Regni/ cœpit eam rem agere. Vladiſlaũ admonebat ſpei quã ſibi ꝓpoſuiſſent omnes Chriſtiani principes/ vbi eum accitum eſſe vt in Hungaria etiam regnaret intellexerant, fœlix fauſtũq; id Chriſtiano nomini viſum fore & pro fœlicitate ipſius vota ſolennia ab omnibus nuncupata, ꝙ pacatũ regnum prope totũ iam poſſideret/ nõ minus ꝓcationibus aliorũ Chriſtianoꝝ ꝙ ſuis armis effectum/ dandam eſſe operam, vt tam ingenti de ſe expectationi reſponderet: Expeti id etiam a religione quã profitebat/ ſed nec minus a neceſſitate ſtatus ſui, & tuitione illorũ quos in fidem ſuſceperat/ non poſſe a ſe negligi eã expeditõem/ aut ſalua fide ꝓbita Hungaris/ aut incolumi nõ ſolum Hungaria/ ſed etiam Polonia: cuius ſalus ab Hungariæ ſalute dependeret/ vindicandã indignitatem poſtulati a ſe tributi/ in tanta ſtatus ſui fœlicitate, indicandũq; prope negligenter ad id locorũ rem geſtam/ quidue intereſſet inter expeditionem quę tantũmodo Regiis auſpiciis, & illam quę nõ auſpiciis ſolum/ ſed ductu etiam regio ageretur/ de victoria dubitare nõ ſinere res fœliciter ab Hunniadiano geſtas, cũ parua manu, reſpectu copiarũ quas ipſe foret educturus. ¶ Apud Hungaros vero proceres aſſerebat, diuinitus contigiſſe vt Vladiſlao regnum cõmitterent: Eam mentem coniungendi inter ſe vires duorum tam potentiſſimoꝝ regnoꝝ, deum eis indidiſſe, vt imperiũ fineſq; ſuos non ſolũ tuerentur/ verumetiam ad Helleſpontũ & Ægeum vſq; mare ꝓpagarent/ nõ prætermitterent oportunitatem/ cui etiam fatum & fortuna fauiſſet/ illata per Reginę obitũ.

Iulianus ſuadet expeditionem in Turcas Regi

Nũc proceribus ſuadet

veluti neceſſitate imponendi finem ſeditionibus inteſtinis/ad fœ-licitatem publicã expediendã/non in pręſens modo, ſed etiam in perpetuũ nihil eis deeſſe poſſe/præter rectam mentem/nõ deeſ-ſent ipſi occaſioni ſuę/quando reliqua oĩa ad victoriã, Ratio, fortuna, fatum, abunde accõmodaſſent: accedebant ad hæc pre-ces miſerabiles & lacrimę Deſpoti/qui nõ ſolum Regem orando adibat, ſed quoſq; etiam ſortis mediocris/ſupplex prenſabat/rogabatq; flendo vt non omitteretur tempus/& facultas vlciſcendi calamitates Chriſtianis inflictas/& plæraq; omni cruciatus genere fœda ſupplicia/de alijs multis per crudelitatem a Turco ſumpta/indignando filiorũ ſuorũ erutos oculos/nefarieq; abſciſſa pudibunda; ſupra quã humanę aures pati poſſent/miſerabiliter deflebat. Ad extremũ Regi ſimul & purpuratis alijs memorando, q̃ fœlix potensq; pauloante imperio, liberis, & cæteris benignę fortunę blandimentis viſus eſſet/qui tunc aliena miſericordia aleretur/obteſtabatur Regem ſimul & purpuratos alios/ne ſe, ne filios, ne Chriſtianũ nomen inultum ſinerent/ad Hungarię fines tempeſtatem iam perueniſſe/potius alienę calamitatis vindices ſe præbere vellent, q̃ expectare dum ſua quoq; ſimul cũ ipſis eodem naufragio obruerentur. Non tamen aut huius iuſtę preces, aut Iuliani prudentes aſſeuerationes vltra valuere, q̃ vt qui aberant proceres de ea re Budam accirentur/ibi maiori ambitu, maioriq; aſſeueratione omnia hæc repetita, atq; etiam aucta, cum ad ſuperiora hortamenta Iulianus adijceret/multorũ quoq; aliorum Chriſtianorũ principũ auxilia, in tempore affutura. Conſtitutum igitur omniũ miro conſenſu vt veris ſtatim initio, Rex q̃ maxime fieri poſſet numeroſum inſtructũq; exercitum educeret, moueretq; in Bulgariam: interim vero cum Cæſare aut de pace, aut de fœdere tranſigi placuit. Et quod ad publicam Chriſtianorũ omniũ cauſam vel aduocaretur ipſe vel auxilia ab eo expeterent/Legationes præterea decretę/quę non ſolũ Polonos ſociã coniunctamq; iam gentem/ſed Prutenos quoq; & Valachos adirent/ad eamq; expeditionem implorarent. Cæſar inducias dedit in bienniũ/quod vero ad expeditionem Chriſtianis rebus adeo neceſſariã/nec venire ipſe nec ſubſidium mittere poſſet/Boemię tumultuãtem ſtatũ in excuſationem adduxit. Magiſter quoq; Pruſ

Preces deſpoti

Ad regẽ & purpuratos

In cõuentu procerum Regni exhortatio

Legati.

ſiæ allegata vaſtitatē, qua proximis temporibus continua bella eam prouinciam afflixiſſent, nihil quale petebatur ab ſe ſperandū renunciauit: A Polonis & Valachis miſſę ſunt cum ſemeſtri ſtipendio equitū peditumq; auxiliares copię / quas ingens armatorū multitudo ſubſecuta / quibus domos coniuges liberos patriā cætera q; humanæ vitæ aut præſidia aut ornamenta / propter eiuſmodi militiam relinquere / nō conſiliū, aut merces publica, ſed priuata in deum pietas & ſtudiū Chriſtiani nominis, ſimul tuendi ſimul propagandi perſuaſerat. Quod genus militū cruce ſignatum ex alijs quoq; nationibus ad famam religioſę expeditionis / ingenti numero confluxit. Igitur præmiſſis ſupplicibus p̄cationibus, rebusq; diuinis / dies aliquot per omnia fana ſolenni ritu & cærimonia peractis. Circiter Kalendas Maias Rex Buda mouit / tranſmiſſoq; per Danubiū exercitu / paruis itineribus ingrediebat̄ / ſuos qui nondū conueniſſent expectabundus. Superato deinde Tibiſco rurſus ad Danubium ſe conuertit / copiasq; ad ſalſum lapidem traiecit / in Bulgariā mox recta progreſſus eſt, Sophiam oppugnatū / quo in loco Deſpotus cum ſuis regio exercitui ſe coniunxit / vrbs ea naturali ſitu haud ſane egregie munita eſt, Sed regis ſubitus aduentus etiā improuiſam deprehenderat / itaq; breui tempore, nec difficili conatu capta. Cæterū quia plus operę ſeruanda ea inſumendū quā capienda inſumptū apparebat / direptā prius a militibus Rex ſuccendi iuſſit / pari ſubinde fœlicitate cum plæraq; ignobiliora oppida expugnaſſet, diripuiſſetq;, non procul a Morana fluuio caſtra poſuit / in loco qui vt non recte collis ita nec planicies queat appellari: ſed medius inter vtrunq; quantū a colle ſubmittitur tantum a planicie turgeſcit. Illic miſſi equites quingenti ſimul prædatū trans flumen ſimul ſpeculatū / qua tutius & minori cum vexatione progredi exercitus poſſet / Illi exoriente ſole profecti ſub meridiem in ſpeculatoriā Turcorū manum inuecti quatuor cum cepiſſent / cognoſcunt duo milia hoſtiū / per proximā ſiluam aduentare: itaq; impares ſe pugnę intelligentes qua propius ad flumen iter arbitraban̄t, in fugam ſe vertunt: nec mora Turci viſi a tergo trepidationem ſimul & fugiendi ſtudiū auxere. Erat inter refugientes & fluuium tellus editior ex cuius vertice cum pateat longe lateq; proſpectus / in Ciſmoranā regio-

Cruceſignati.

Precationes & ſupplicatōes decretæ

Speculatores in fugā verſi

nem allabentis tamen fluminis alueus nō apparet/viſu ſupra vallem, ceu per extenſam planiciem, longiſſime in oppoſitos tumulos pcurrente: Itaq̃ cum refugientes ad flumen Regij, per collem tranſcendiſſent & propter altitudinem præruptę ripę in citeriorem partem ad ſuos euadere poſſe deſperarent; pars quidem in aquā ſtratis equorū tenus ſe immiſerat, Reliqui vero in extrema margine fluminis ſubſtiterant animo quo ſunt illi/qui ſine alicuius aut defenſionis aut effugij ſpe/mox ab hoſte immaniſſimo trucidari expectant/nec vanus forſan eorum metus fuiſſet; ſed Rex venatū magno cum numero armatorū/caſu cis flumen profectus Turcorū oculis tunc maxime in ſummitatem aduerſi collis peruenientiū, cum occurreret, inſidiarū metum illis incuſſit/cū & longius diſtare/& maior appareret multitudo, q̃ pro modo eorum quibus a tergo inſtitiſſent/quę res fecit vt curſum paulisper cohiberent. At Rex vbi hoſtes adeſſe perpendit/a venatione in pugnę ſtudiū conuerſus/ingenti alacritate ſuos ad flumen dirigit, Nec procul aberat tum qui illic medij inter hoſtem ripāq̃ inſuperabilem creditam/derelicti a ſe ac deſperati/iam tum mortis maximā partem in corpus admiſerant/conſpectu ſuorū velut ad cœlitus demiſſam opem recreati/animos ſimul & clamorem extulere verſiq̃ per accliuū retro cōmiſſę fugę pudore ſtimulante ad montem magno conatu ferebantur. Interim vero rex quoq̃ cum ſuis ad ripam peruenerat & ſine delectu placidioris alicuius deſcenſus per abrupta & p̄cipitia quæcunq̃/in flumen proſiliebatur, tam cæca omniū feſtinatione, vt multi vorticibus implicti ab aquæ violentia ſecundo amne agerentur, Multi etiā inter luctandū ab equis excuſſi/armorū pondere peſſumdante ſubito in aliorum conſpectu ſubmergerent: ſed Turci redeuntes contra ſe Chriſtianos minime expectauere, Nec pugna fuit ſed viciſſim fuga & trepidatio progreſſus erat deinde Rex, trans flumen duorū dierum iter/præmiſſis ſpeculatoribus/per quos numerū hoſtium conſiliaq̃ & actiones exploraret. Ex ijs igitur duo trepide renunciauere, Turcos non longe cum valida manu in inſidijs occaſionem ſuam expectare: Qua re audita, Vladiſlaus ſtatim habito ex omni multitudine delectu cum decem millibus armatorum Hunniadianū miſit, vt per ſilentiū noctis nil tale opi-

nantes hoſtes adoriretur: Ille a meridie ad primã vigiliam ſpecula-
tores ſubſecutus/vbi Turcos haud procul eſſe comperit/cũ luna
pernox eſſet ad ea loca per quę maxime fuga patere illis poterat/
agmen tacite circumduxit/& clamore ſublato torpentes ſopitos
q; vtpote quos nulla cogitatio affuturi certaminis teneret, adori-
tur, primoq; ſtatim impetu tantũ terrorem vulgo incuſſit, ꝙ fu- Pugna
gam magis q̃ arma pro ſe quiſq; ſpectare cœpit, Sed vbi ad effu
gium præcluſas vias omnes percepere, velut in vltimo diſcrimine
per trepidationem alienatis ſenſibus/equorũ fręna ægre atq; ar-
ma expediebant. Cum ex parte altera Hunniadianus ſuos adhor-
taretur, vt inermem adhuc hoſtem ſomnoq; & inopinato pauo-
re fluctuantem inuaderent, ac cederent. ¶Frequentes iampridem
victoriæ nomen viri apud Turcos nõ ſolum celebre, verumetiã
formidabile reddiderant: Itaq; a principio quidem cũ haud quaq;
ſtrennue a trepidantibus hoſtemq; ignorantibus reſiſteretur/tu-
multus & cæca conflictatio verius q̃ pugna fuit: deinde vbi Hun
niadianum adeſſe percepere, ſuosq; vbiq; ab obuijs proſterni, in-
tegrosq; cum saucijs ſemianimes cum expirantibus/varia fœda
q; pereuntiũ imagine volutari/vt quemq; nox & timor præcipi
tem agebat/per loca inuia vepribusq; ac virgultis implicita euade
re tentantes/facile inſtans victor conſequebat̃: Maiorq; longe cę
des quã pro numero eorum qui vicerunt cõmiſſa eſt: Siquidem
ad triginta milia Turcorũ ea nocte cęſa dicunt̃ & ſupra quatuor
milia capta/cum nouem ſignis militaribus, adeo improuiſus ho-
ſtium impetus iamdudũ vinci aſſuetis omnem ſenſum abſtulerat:
nec aut multitudine ſuorũ, aut fugantiũ cędentiũq; ſe paucitatem
ſentire patiebatur: ſed & caſtra multa præda referta, in manus vi-
ctoris venere/quibus direptis incenſisq;, Hunniadianus haud ſa-
ne magna ſuorũ facta iactura/cum nõ minori laude eorũ a qui-
bus expectabatur, q̃ ſuo gaudio ad Regem redijt: fuit forte in-
ter captiuos Mamacus ſacerdos doctrina & religione apud ſuos
clarus/a quo ſuper ijs quę in religioſa Muſamanorũ hiſtoria vul
go feruntur/aut improba aut obſcena/cum multa Sanoceus/vt
erat morum rituũq; peregrinorũ veſtigator curioſus, exquireret:
Ille nec ſortis ſuę nec profeſſionis oblitus/non licere inquit, de
ſecta ſua vinctum diſputare. Cæterũ Sanoceo inſtante vt vel fa-

Victoria Christianorum

teretur, vel purgaret religioni ſuę obiectas ſordes, propriũq; id eſſe munus ſacerdotis aſſeuerante. Ille præfatus, Turcos quoq; homines eſſe, ab eiſdemq; principijs, quę mortales alij ſua eſſe profiterentur/corpus ſimul atq; animã ducere ſubintulit: & quoniã in hijs quę percipiuntur tractanturq; ſenſibus/cum reliquo humano genere conſentirent/maxime veriſimile eſſe/vt in illis quoq; quę aut opinio aut intellectus ſuggerit, ſine probabilibus rationibus minime ſe habeant. ¶Poſt eam victoriã, plæraq; Bulgarorum oppida ſimul odio Muſomanicę impietatis, ſimul affectu Chriſtianę profeſſionis pellecta, tum etiam linguę cõmercio: & q; eadem cum Polonis primordia generis haberent/eiectis Turcorũ præſidijs, ad Regem defecere: Nonnulla etiam in ipſa trepidatiõe expugnata/partim per regios milites, partim per Volones cruceſignatos/qui ductu Iuliani multa egregia facinora quotidie edebant/& iam cum victoria peruentũ erat ſub ipſum Tracię aditũ. Cæterũ licet multũ bello quęſitum videretur/nõ minus amiſſum credebant in vexatione per quã copię illuc peruenerant. Cũ enim ꝓpe a fonte Tyabri amnis/qui a miſis olim triballos diſterminabat, Bulgaria per dorſum hemi montis in vulturnũ aquilonemq; porrigatur/a meridie in Traciam declinat/a ſeptentrione vero in Danubiũ deuexa/inferioris partem Miſiæ occupat: Itaq; media huius Regionis inuiæ rupes, ac prærupta ſaxa tenent: decliuiora autem & ſi qua in planiciem protenſa ſunt profundis fere ſiluis vaſtiſq; ſolitudinibus occupant: Ideo ager haud ſane egregie frugum fertilis: ſed neq; alendo pecori ſatis fœcundus/ac proinde ad cætera mala quibus itinerũ difficultas in ipſo iam hyemis initio exercitũ mulctauerat/magna hominũ iumentorũq; vi rigore intolerabili, aut laſſitudine abſumpta/cõmeatus etiam inopia maxime vrgebat. Et licet pecunia ſuppeteret abunde, non erat vnde frumenta coemerent/ex eoq; ad famem deſperatio quoq; accedebat: Nec quicq; aliud victum iam malis ſuis exercitũ, ne diſſolueretur retinebat, q; crebrę Hunniadiani adhortationes, cuius aſſeueratio, quo peritior earum regionũ rerumq; habebat/eo veluti ſolidiori ſpe ab omnibus accipiebatur. Ille quicquid malorũ exhauſtum erat frigus, famem, laſſitudinem, deſperationem, repetere, rurſusq; perpetienda dicere ſi regrediendũ foret: tanto homi

Bulgaria

Fames

num iumentorũq; vexatione maiori quantũ regionis naturalem
vaſtitatem bellũ etiam exhauſerat/longe plus ſolitudinis difficul-
tatumq; a tergo relictũ, q̃ emetiendũ ſupereſſet. Si progredi per
ſeuerarent multo etiam per altiora montiũ iuga ſuperata q̃ per
quę in Traciam tranſcendendũ. Stare eos in limine horrei fœlici-
oris iam agri biduoq; peruenturos/nõ ad amœniora ſolum loca,
ſed rerum etiam omniũ feraciora/in quibus præter q̃ q; reficien
do exercitui abunde omnia ſuper futura, Tantũ etiam prædę paſ
ſim expoſitũ/quantũ referre faſtidiret/vnicũ atq; eundem vltimũ
laborem inſtare: Subinde nõ bellum fore ſed populationẽ. Memi
niſſent qua alacritate per inacceſſas cotes & ſaltus inuios, etiam
inuita natura pauloante properaſſent, Qua virtute nihil actum
foret ſi victoriam nõ proſequerent/cęſos quidem ab ſe ad ſatie-
tatem hoſtes, ſed facile inſtauraturos exercitũ/veriusq; irritatos,
q̃ victos dici poſſe/rurſus occupaturos ea quę ipſi deſeruiſſent
oppida/& a patria, penatibusq; & laribus domeſticis, poſtea pro
pulſandũ iterum bellum, qđ in agrum hoſtilem vincendo cõuer-
terant/incertũ eſſe an eadem fœlicitate arma ſemper aſſumerent/
dum deus & fortuna cœptis fauerent, non temere omittendã de-
bellandi in Europa oportunitatem: præter id quod fœlicitatis
ſuę occaſioni defuiſſe flagitioſum videretur: deum etiam ſubinde
iratum fore/hæc & plura eiuſmodi ſæpe vulgo & in concioni-
bus iactata ab Hũniadiano: interdũ etiam Deſpoto, cuius vnica
ſpes erat rerum ſuarũ iterum potiundi, ſi bellum nõ intermitteret
Succumbentes aduerſis nõ ſolum militũ animos ſed ducũ etiam
ſæpe firmauerant. Cumq; illi audirentur, videbat vnuſquiſq; ex-
trema quæq; toleratur: ſed p̃mente ſubinde fame cæteriſq; tem
poris ac locorũ difficultatibus/rurſus in priſtinã deſperationem
recidebant, viciſſentq; humanæ neceſſitates, vt cõtingit ſæpe, vere
cundiam, niſi aduentus hoſtiũ renunciatus ne temere dilaberentur
exhibuiſſet/magis ne ſegregatis ac diſperſis per loca incognita tru
cidari contingeret, q̃ ſpe in tantis malis inſultantibus reſiſtendi: ſed
iuuabat etiam vtcunq; cum ſuis vitæ virtutiſq; ſupremũ opus
obire: Itaq; vbi mox affuturũ hoſtem cognouere/letari pro ſe qſ
q; & gratias immortali deo agere/propter oblatã occaſionem pu
gnando intereundi pauloante nõ mortem ſed genus ipſum mor-

tis grauiſſimum fuiſſe/cum veluti debilibus beſtijs fame in deſerto extabeſcendũ foret. Tanto ꝗ ardore animorũ arma vbiꝗ in caſtris expediebant, vt facile intellectu foret, eos ſine ordine, ſine imperio, ſi appropinquaſſet hoſtis erupturos. Interea Hunniadianus qui cum paucis ad montem ſubierat, refert, illos ſumma iuga inſediſſe, vt qui non acie dimicaturi veniſſent, Sed regem tantummodo tranſitu prohibituri/poſuiſſe enim illic caſtra, lapidesꝗ & ligna comportando/tumultuario opere aditum ad ſe vndiꝗ cõmunire: nec fefellerat eum coniectura: nanꝗ vbi Amurates ſuorũ cladem acceperat/veritus id quod futurũ fuit vt bellum in Traciã & Macedoniã transferret, niſi propere miſiſſet qui arcerent, Accitis ad ſe copijs, quas in Aſia habebat, cum reliquijs pauloante ꝓfligati exercitus ſui, eas coniunxerat, deſtinaueratꝗ, vt per nullam occaſionem fortunę ſe cõmittendo/obſeſſis montiũ anguſtijs/nihil aliud ꝗ tranſitu arcendo Vladiſlaũ ſub montibus retinerent, Satis ſuperꝗ hyemem famemꝗ & cætera mala quibus hoſtes vexari conſtabat, contra illos pugnatura: Sed quem conſilij ſui exequendi principem fecerat dux frigię Carambus vir manu & ingenio promptus/cum ex loco edito animaduerteret tumultuantes regios in exercitu/& plęroſꝗ diuerſis in locis non legitimo imperio ſed perturbate ac temere ad pugnã erumpentes, alacriusꝗ ꝗ par erat, propter loci iniquitatem per accliuum niti, ſimul ſe veluti cõtemni impatiens, Simul quia & loco & numero militũ ſuperior victoriam in manibus habere ratus, quaſi rei bene geſtę decus/ꝑuaricationis culpã diluturũ mox eſſet/etiam contra id quod in mandatis acceperat, pugnare inſtituit, Itaꝗ explicatis aciebus ſigna in hoſtem deferri iuſſit. Id vbi Rex animaduertit ad ſuos quos magis honeſtę mortis ꝗ victorię ſpes temere ad montem agebat conuerſus. Aduocatisꝗ Hunniadiano ac Deſpoto & cæteris primoribus/deus inquit deus adeſt fauetꝗ, ille hoſtibus cum inſidentes montis fauces, per ocium ſaciare poſſent oculos interitu noſtrorũ, fame malisꝗ alijs paſſim pereuntium/mentem illic manendi abſtulit/& nunc præcipites in eos agit, qui ſic armati proſiliere, vt certamini ſupereſſe nolint. Rapiamus occaſionem animisꝗ & alacritate, ꝗ noſtri vt honeſte occumbant extulere: vtamur ad victoriam/ad quam nihil efficacius eſſe fo-

Vladiſlaus ad primores ſuos.

let, q̄ ſi ſine metu mortis pugnatur/quo maiori deſperatione in hoſtem feretur quiſq̄, eo violentius cedet, ac proſternet obuios, & dum mori nō recuſat, victor euadet/nec mora producturus ipſe cum Deſpoto & Iuliano reliquos in aciem Hunniadianum miſit qui temere ſparſos colligeret & quantū res ſubita properantium q̄ ad vltimū diſcrimen, non ardor, ſed propemodū rabies ſineret prouideret. Ne cæca eorū temeritas/plus hoſti ad victoriā conferret, q̄ ipſius aut virtus aut fœlicitas. Ille propere incompoſitę multitudinis primos aſſecutus, vt quemq̄ pleniori gradu ad montem feſtinare intuebat̄/ita admonendo ne cæco impetu, veluti paratum iugulū hoſtibus offerret. Cuiq̄ enim nō in ſua morte ſed in hoſtiū cęde laborū periculorūq̄ omniū terminū poſitū/rogabat vt ſe in acie locari pateretur. Et ſi tanq̄ victurus nollet/ſaltem in vltionem ſuę quiſq̄ mortis acriter pugnaret, nō temere quod peccādū eſſet/ſed vt viros fortes decet, ex militari diſciplina, pertinere ad futurā famā/ne incruentam de ſe victoriā hoſti permitterent. Et cum dicto, ordini, qualem caſus & tumultus pſtare poterat/ſimul quemq̄ applicabat/ſimul benigne retro agebat, in proximā tumulis planiciem: Ex qua placidius accliui colles haud difficillimū ad ſe aditum prębituri videbant̄: cum interim rex quoq̄ cum cæteris copiis accurriſſet/& Turci nihilo ſegnius ex ſuperiore loco decurrentes, eo iam perueniſſent, vt miſſilibus ex interuallo prælium cōmitterent. Quorū co minus quicq̄ vani teli intercidebat/quo denſius regiorū agmen ardentioriq̄ ſtudio ad excipiendū hoſtis impetū ſurſum nitebatur. Multi priuſq̄ cominus congrederent̄ vulnerati: ſed vbi ad manū ventum/& gladio res agi cepta eſt: ante alios Poloni deſperatione atq̄ ira obcęcatis animis inuadunt hoſtem, ac proſternunt, tam obſtinato impetu, q̄ locis aliquot minime ſubſtineri potuerunt, cœpitq̄ aduerſa acies conturbatis ordinibus nutare: ſed accurrens ad omnia diſcrimina Carambus/& plæroſq̄ ex ſuis gladio & vulneribus/alios voce ac maledictis increpitans, q̄ a laſſitudine inedia, frigoribus q̄ enectis, per inanem trepidationem ſe vinci paterent̄/certamen reintegrauit ordineſq̄ reſtituit/identidemq̄ vbi acrius pugnari animaduertebat, circumclamitans, cæcum ſcʒ deſperatione hoſtem ſponte in vulnera agi/tela tantūmodo intendenda/ipſum ſe Pugna

ſua ſponte iugulaturũ/per omnes militis ducisq; optimi conatus tam periculoſę ſibi pugnę euentũ diſtrahebat: cum interea multi vtrinq; aut caderent ſubito, aut tam grauiter vulnerarent̃, vt delapſis in terram, vires minime ad conſurgendũ ſuppeterent conculcantibusq; equorũ pedibus/quanto ſerius tanto miſerabilius interirent: ſed maxime inſigni atq; horribili aſpectu patebant vulnera equorũ per Polonos cruceſignatos inflicta: Erant fere pedeſtre agmen lanceasq; geſtabant, id tantummodo a venatorijs diſtantes, q̃ nõ punctim ſolum, ſed cęſim etiam ferro pręlato & oblongo infeſtę vtroq; modo feriebant/Itaq; illi inter equites excurſantes, per loca modicis virgultis implicita, non tantum latera equorũ mucronibus aperiebant/ſed crura plærunq; tota a corporibus detruncantes, ceruicesq; altiſſimis vulneribus incidentes: magna ex parte ad pedeſtre prælium Turcos redegerant, qui eo genere pugnandi tanto facilius ſuperabant̃, cedebantq; ſenſim retro, quanto equeſtribus aſſueti inſultibus/peditũ laborem minus ferre conſueuere. Cæterũ vbi equus a quo Carambus vehebatur per ventrem lancea tranſuerberatus, dolore ſęuiens inter hoſtes equitem profudit in caput, vulgatumq; eſt ducem aut cęſum aut certe captum eſſe, multitudo ad montem conuerſa quod reliquũ præſidij erat, fugæ ſe cõmiſit: Inſequentibus Chriſtianis & fugientium terga paſſim cedentibus, tanto ardore animorum, vt ad ſumma vſq; iuga, per omnia aſpera atq; inuia euaſuri viderent̃: ſed cum plus negotij ab locorũ iniquitate, q̃ ab hoſtibus futurũ appareret/& iam dies in noctem inclinaret/quo tempore etiã in plano locisq; equis errabunda obluctantiũ veſtigia periclitantur: Rex prohibens vlterius in locis pene inſuperabilibus vim afferri, ſignũ receptui ſuis dedit. Ex aduerſa aũt acie qui cedem effugerãt pauore ac feſtinatione amentes per ſaxa, pręcipitia, rupesq; abruptas proiectis armis, & manibus cotes innataq; illis virgulta ꝓhenſantes ægre nitebant̃, euadebantq; ad ſuos, qui munitões caſtraq; verticibus impoſita ſeruabant. Inter pugnandũ Carambus alijq; viri multi genere ac factis inſignes capti/plures tamen cęſi in fuga/itaq; amiſſo duce & roboris pene quantum fuerat in exercitu, cum appareret Turcos minime toleraturos impetũ/ſi ad eos infeſtum agmen ire pergeret: poſtero die Rex ſub aditũ

Carambus capt⁹

quem inſederant, caſtra poſuit/extulerat ſuorū animos pugna proſpera/nec minus ſtimulabat cupiditas tranſcendendi in loca cōmoda releuandis malis, quibus miſere affligebant̄: exindeq́ʒ aut victorię aut neceſſitati nihil imperuiū arbitrati/contra ardua queq́ʒ per accliuū obluctabant̄, Nec ſegnius ab hoſte deſuper miſſilibus pene obruebantur: videns itaq́ʒ Rex naturæ difficultatem obiectam ſuis, & quod ſuo ingenti, hoſtium vero nullo diſcrimine, ad montis vertices peruenire conabant̄, Temere effuſum agmen in caſtra reducturus properabat, Moxq́ʒ præterq́ʒ q̄ ſatis in ea expeditione factum credebat, animatis ſuis vincere & vinci deſuetis/hyemis locorūq́ʒ aſperitati cedere inſtituerat. Cæterū Hunniadianus obſtinatus cuncta prius experiri, q̄ deſiſtere a proſequenda victoria, cum animaduertiſſet obliqua montis nuda vepribus & agendo itineri clementer accliuia illac euadere in ſummū iugum poſſe arbitratus, ſuos circumegit, prominebat in abruptū vertex editiſſimus/& Turcis aſcendentiū montem ſub ſe aſpectū adimebat: Eoq́ʒ nō facile ſolum, ſed etiam tute miles ingrediebat̄: quod vbi Rex percepit, mutata ſententia ſubſequi Hunniadianū cœpit cum reliquis copijs, peruenerat iam prima militū manus, in iugū, ęque editum atq́ʒ id quod inſederant Turci/ſed in immenſum hians ſaxumprogredi vlterius non ſinebat: quocū Hunniadianus quoq́ʒ aſcendiſſet, videretq́ʒ hiatum, propter magnitudinem neq́ʒ tumultuaria materia impleri poſſe neq́ʒ ponte coniungi: cum haud plus ſtadijs duobus ab hoſte diſtaret/ſubmiſit impigrā expeditamq́ʒ militū manū, occupaturā recto itinere aditū in montem, ſi Turcos paululū ſubmoueri contingeret, confeſtimq́ʒ obuerſis firmatisq́ʒ in illos machinis, haud mediocris magnitudinis lapides contorquebat/quorū præter conſternationem, q̄ inſuetus horrendusq́ʒ auribus fragor animis incutiebat/vis improuiſa minimeq́ʒ tolerabilis/propter lapidum magnitudinem multos in principio obtriuit, parumq́ʒ abfuit, quin nouæ fœdæq́ʒ ſtragis ſubito terrore & clade perculſi, omnes locum deſererent, Quippe qđ vnius lapidis impetu, q̄ plures ſępe diuerſa ſpecie diuerſo genere mortis abſumi intuerentur: Nec mali illius euitandi alia præter q̄ fugæ ratio ſuccurrebat, Sed Alibeus poſt captum Carambū, militari conſenſu dux a ſuis creatus, admonenς eam peſtem vitatu

facilem ſi fragore audito poſt eminentes cotes illico procumbe=
rent/nõ modo ab incepta iam fuga eos retinuit/verumetiã ad reſi
ſtendum animauit. Cum itaq; ſemel atq; iterum efflata in ſe tor=
mentis ſaxa, fœliciter eluſiſſent/intrepide inde arcebant deturba=
bantq; regios, enitentes aditũ occupare. Quod vbi Vladiſlaus a=
nimaduertiſſet, veluti ſecuris hoſtibus, ac inſiſtentiũ ſuorũ emi=
nus/nõ hominibus, ſed locis expugnandis/conatus omnes irri=
tos fore iam credens, deſperataq; cominus congrediendi faculta=
te/cum rigor hyemis/& in quã tranſcendendorũ montiũ ſpes ma
Rex re= ximè pellexerat/cõmeatuũ inopia p̃meret/vltra quam ſubſtineri
trocedere iam poſſet/retroagendi copias rurſus conſilia cœpit agitare/at
cupit Deſpotus cui omnia ęquiora toleratuq; minus dura apparebãt,
Contra q̃ belli eius intermiſſio/per quod fortunã dignitatemq; priſtinã
Deſpo= recuperaturũ ſe credebat, Ignominioſum fore aſſeuerabat ſi capto
tus duce, debilitatoq; hoſtiũ exercitu/deuictis iam & qui non armis,
ſed vt pauidę ferę cotibus, ac ſpeluncis ſe tegerent, terga verterent
Eadem illos, cum rerũ omniũ penuria, tum aeris intemperie quã
& regij laborare: moxq; humanis neceſſitatibus ceſſuros/ſi pau=
ſulum perſeueraret/non cõmittendũ, vt fluentia luxu Aſiana cor
pora, tolerandis difficultatibus ſuperaſſe viderentur, Germanorũ
Hungarorũq; iam tum ab infantia, cœli terræq; rigoribus dura=
Iulianus tos artus, daturũ ſe pecuniæ quantũ foret opus frumentis coe=
mendis, quorũ copia circũ omnia loca abundarent. Iulianus quo
q; haud ferme ijs diſſimilia iactando, ab inſtituto Regem auerte=
re conabatur: ſed fame ac frigore extabeſcentibus hominibus iu=
mentiſq;/cum paterent vulgo grauiora vtiq; quã quę ancipitis
ſpei conſolatione leniri poſſent, peruicit in deſperatis animis ne=
ceſſitas, vt fit, honeſti rationem. Et conuerſo agmine in planiciem
deſcendere: moxq; collectis impedimentis, pręmiſſiſq;, retro qua
venerant ſubſequebant̃. Turci vero vbi vinci ſe poſſe hoſtem de=
ſperaſſe percepere, lęti ſecum & inflati noua ſpe, iuga montiũ de=
ſeruere, ſubſequendoq; abeuntes crebris a tergo impreſſionibus
vexabant. Et licet non magnas frequentes tamen clades inferebãt,
ſed & plærũq; accipiebant. Conuerſis enim in eos expeditiſſimis
quibuſq; manũq; conferentibus/multi ex illis cedebant̃. Et ſi re=
giorum quoq; impetus plærunq; fruſtrabat̃/refugientibus ſta=

tim Turcis/qui mox conglobati rurſusq; infeſti aderant, Quan=
doquidem multa prȩda impedimentisq; grauis exercitus minime
properare poterat. Silua eſt denſa non tam frequenti & procera arbore quam ramoſa & ad radicem fruticante. Præterea implici ta vndiq; ſinuoſis quibuſdam & ſtagnanti cœno voraginoſis am fractibus/quales obſoleti fluuiorum meatus/vbi aut humana arte aut vi naturæ curſum aqua immutauit, Eamq; ob rem fere tota imperuia/ & ſic vbi tranſitum prȩbet anguſta admodũ via: & frequentibus commiſſa ponticulis/ad eam ventum cum eſſet præmiſſa cum ſarcinis leui armatura in poſtremo agmine qui ve luti murus antecedentium terga protegerent haſtatos equites col= locarunt, progrediebanturq; ad iter: at Turci quotidiana inſul= tandi conſuetudine ſuperuenientes/cum magna pars equitatus in ſiluam progreſſa foret impetum faciunt in vltimos, quorum cla mor præcedentes ſubito ad ſe conuertit: & vt quenq; ſuccurren= di ſuis ſtudium & feſtinatio inconſulta rapiebat/ita extra viam egit in loca cœnoſa & paluſtria: Ex quibus diu luctati in pedesq; recepti/ægerrime ſe atq; equos expedirent/propterea ꝙ vligino= ſa terra hominum iumentorumq; veſtigia altiſſime in ſe recipi= ens/difficilius remittebat/datum eſt Turcis ſpacium capiendi ex poſtremis equites circiter octoaginta: Sed cœno tandem regij at q; vligine expliciti/refugientes aſſecuti ſuos liberauere: Nec mi= nus ſexaginta ſupra centum ex hoſtibus captos iugulauere illico/ reliquis fuſis fugatisq; /multoq; difficilior eis cum natura loci lu ctatio fuerat/q̃ fuit poſtea pugna in patentibus campis cum ho ſte commiſſa. Cæterum cum & fames quotidie grauius vrgeret, & tam frequens Turcorum inſultus/ad cætera mala per laſſitu= dinem tandem pene ad internitionem exercitum mulctaturus ap pareret/placuit comportari ſimul ſuccendiq; quicquid erat inter ſarcinas quod exercitui magis tunc oneri eſſet, q̃ vſui poſtea fu= turum, tum iumenta debilia aut ſuperuacua interfici & arma quȩ aut ex defunctis militibus aut ex præda ſupererant terræ infodi: quibus diligenter peractis/exercitus ſubinde velut expurgatione ſuperuacuorũ nouum quendam vigorem accepiſſet/maioribus itineribus q̃ vt ocioſe inſultando inſequi Turcus poſſet: Ad Ed gradũ ſe recepit/ibiq; per quietem & recreationem diebus aliquot

Silua & via mala

conſumptis Rex vnde mouerat Budam contendit/vbi poſtq̃ co gnitum eſt ciuitati appropinquare/procedentibus in ſacro orna= tu & ſolenni cærimonia ſacerdotibus/ingenti numero populus omnis generis promiſcue effuſus/cum gratulatione reducem ſa= lutauit/excepitq̃ ingrediebatur ipſe pedes ex voto templum pri= uſquam regiam aditurus: Præibant vero captiui inſignes cũ Ca= rambo/tum militaria ſigna hoſtibus adempta/cum parte prædæ quę ſupererat pręferebantur: Subſequentibus militibus ante om nes Polonis cruceſignatis, laudesq̃ ac nomen Regis militari ala= critate in cœlum ferentibus/ipſum vnum eſſe qui regias artes vir tutesq̃ non noſſet ſolum/verũetiam impleret. Cæteros per igna= uiam & ſocordiam ætatem agere, in domeſtico luxu prodita ac deſerta re Chriſtiana/quę tum primum caput attollere incipiens, breui ad priſtinum decus amplitudinemq̃ eſſet peruentura: Sed & iuxta regium decus Hunniadiani nomen celebre apud multitu dinem audiebatur/cuius maxime ingenio ac virtute in rebus bel= licis victoriam adeptam credebant: Cæterum multo inſignius fu turum fuit ſpectaculum ſi neceſſitas expediendi exercitũ magnã pompę partem non ademiſſet/ſpolijs multis vltro concrematis in itinere/alijs ſub terram relictis: Poſtquam vero laudes gratesq̃ ob rem bene geſtam deo actę/ſigna tolis ſubfixa: & repetitis egre gie factis dictisq̃ cuiuſq̃ ex ducibus/pro meritis ſinguli pręmio affecti: Mox vt eorum virtus ad poſteros quoq̃ teſtatior redde= retur/inſignia cuiuſq̃ cum titulis in conſpectiore parte templi di tiſſima diligentiq̃ pictura effigiata.

# P. CALLIMACHI GEMINIANENSIS DE VLADISLAO REGE SEV CLADE VARNENSI. LIB. II.

VIctoria de Turcis virtute Vladiſlai Regis parta omniũ fere Chriſtianoꝝ principũ legatos ad ſe exciuit: ſed imprimis frequentes conuenere ab vniuerſa Italia/quã ea tantũmodo fiducia tenebat/minime ſe vexatum iri a Turcis/ſi eos Poloni & Hungari, aut ſubigerent ſibi, aut certe non abſiſtendo a bello iugiter oppugnarent/vno omnes ore ac conſenſu affuiſſe deũ, affuturũq; aſſeuerabant pio & iuſto bello. Et quę ad id locorũ geſta erant efferentes, ad reliqua exequenda exortabantur. Sed ante alios pontifex maximus Eugenius, Venetiq;, & Ianuenſes, cũ Philippo Burgundionũ duce/ij ad laudes partę victoriæ adhortationesq; nouæ expeditionis inſtaurandę adijciebant etiam pollicitationes ſubſidiorũ/ſeq; ingentem claſſem in Helleſpontũ miſſuros ſpondebant: per quam Turci ex Aſia tranſmittere ſeq; cũ Europeis coniungere prohiberent. Qua ratione facillimũ fore in Europa debellare in qua pauci admodũ ſupereſſent hoſtes/& ij trepidi ac perculſi/& non niſi vinci aſſueti/modo paululũ Rex anniti vellet/exterminari omnino tota Europa impiam execrandamq; Muſomanoꝝ ſuperſtitionem poſſe/re Chriſtiana in perpetuũ aucta & ſtabilita: Ioannem etiã paleologũ Græcorũ Imperatorem, cuius fortunã maieſtatemq; Turci non modo labefecerant, ſed pene euerterant, ſucceſſus Vladiſlai extulerant, in ſpem rei dignitatisq; ſuæ in integrũ reſtituendę. Miſſiq; ſunt etiam ab ipſo Oratores/qui pręfati ea, quę facere viſa ſunt ad tanti euentus gratulationem, diuina humanis cõmiſcendo, religioſa aſſeueratione nunciauerunt/viſum eſſe a plæriſq; Conſtantinopoli ante portam quę ad Macedoniam emittit, equeſtrem iuuenem candida veſte ornatũ, per ſpeciem læticiæ hac illac excurſare. Eadem

hora vt poſtea compertū fuerat, qua res a Chriſtianis contra Carambum proſpere gerebatur, moxq; euanuiſſe/Id viſum omniū animos primo ſollicitos habuiſſe; ſubinde cognita regis victoria, illius nunciū vulgo exiſtimatū. Cæterū prudentiores/& quos aut vitæ ſanctimonia, aut profundę alicuius diſciplinę cognitio peritos futurorū reddidiſſet/nō tam credere Vladiſlai ſucceſſum diuinitus Græcis nunciatū, q̄ eos admonitos temporis & occaſionis ſuæ, Turcorū in Europa rem pene profligatā eſſe/in Aſia etiā fluctuare/molientibus res nouas circumadiacentibus tetrarchis: ideoq; non cunctandū vlterius, ſed trepidos ſuaq; imbecillitate ac vi aliena laborantes, ſubito opprimendos: qua perſuaſione Imperator eorum excitus cum ſuis quidem armatus ex parte altera affuturus, Si modo regi cordi eſſet primo quoq; tempore eam victoriam proſequi, q̄ deo Duce ac Comite vel exinde adeptū eſſe conſtabat, q; diuinis etiam nuncijs fuerat peruulgata. Accedebat ad hæc ſupplex Deſpoti ambitus & quotidianę preces obteſtationesq; cum lacrymis, tum inſtans Iuliani adhortatio, vocesq; aſſiduę multoq; iam efficaciores apud animos primæ expeditionis ſucceſſu elatos. Quibus ne magno animo rex ſubito aſſentiretur res Polona continuit: venerat enim eodem quoq; tempore legatio a Polonis, gratulatū & ipſa quidem Regię fœlicitati; Cæterū tentare iterum fortunā non prius oportere admonebat, q̄ cum proceribus Polonis vel in finibus Regni conſilio inito/prius Rex illud expediret quo tandem ordine rebus ſuis domi conſtitutis ac firmatis, externū bellum Regni ſui ſecurus proſequeretur; Non videri rationi conſentaneū ſollicitū eſſe quemq; de rebus alienis anteq; ſua in tuto collocauerit, Recenſebat deinde in qua deformitate Polonia eſſet/quid licentię vbiq; inſoleſceret/quis in priuatis cupiditatibus ardor/quę in publicis opportunitatibus negligentia, Ex quibus nactos occaſionem Tartaros, magnā Ruſſiæ ac Podoliæ partem depopulatos: ſed & preterq; q priuatę procerum ſimultates ad vulnera & cędes iam peruenerant/a finitimis per latrocinia tanq̄ iuſto bello etiam prædas abigi/imprimisq; a Boleſlao duce Opoliæ/ad ea vulgari Cazimirū ex Lituania bellum Maſouiæ propediem illaturū, tot malis ſuccubiturū omnino Regnū/niſi ſubito ſuccurreret, Quę Regis animū commoue-

bant magis/quo verius dici nunciariq; ſciebat: Tamen ne Regni
vnius priuata neceſſitas publice oĩm Chriſtianoꝝ rei apud men-
tem ſuam præponderare appareret/prius collaudato ſingulorũ,
quorum legationes aderant in ſe officio, ac beniuolentia, Nec mi
nus pietate in religionem ac deũ immortalem: cæteros omnes ora
tores ſic ab ſe dimiſit vt qui ſperare poſſent facturũ ipſum poſtu
lata, Polonis vero dixit conuocaturũ ſe illico Budam Hungaroꝝ
optimates, daturũq; enixe operam/conſtitutis omnibus quæ ad
pacem bellũue eius anni attinere viderentur/vt mox ea quæ ipſi
petierant exequeretur, Conſtituta ſubinde Hungaris conuenien-
di die/vt ſi cõmuni iterum conſenſu educenda cenſeretur in Tur-
cos expeditio/ſtabilior quies domi relinqui poſſet/ſpondendo in
id fidem q̃ abſoluto conuentu, ad ſua quiq; omnes inuiolati re-
uerterentur, Giſcram etiam magiſtratusq; ciuitatũ, quę ab illo de
pendebant, placuit per literas accerſiri/licet aduerſante Iuliano,
qui præſentibus Boemis nil quod quidem ad religionem perti-
neret, rite tranſigi poſſe arbitrabat̃, Sed confirmauerat Regem
in ſententia Franco Banus, dicens non eſſe eius temporis quęrere Ban eſt
quid ſentirent/vellentue Boemi de cærimonijs inſtitutisq; Chri- non ẽ prę
ſtianæ profeſſionis deq; Romani pontificis aut ritu aut præcepti fectura
onibus in ſacris tradendis ſuſcipiendisq;. Aliam eſſe eorum cau-
ſam, quibus ſatis eſſet verbotenus de religione diſceptare: Aliam
vero eorum, quorũ cum religione ſimul vita & libertas periclita-
retur/& manu nõ lingua tueri ſe cogerentur. Si quid in Boemo-
rum mentibus foret/aut a ſacra ſaluatoris noſtri hiſtoria/aut ab
eiuſdem myſterijs alienũ/non defuturas poſtea emendandi occa-
ſiones, & tempora/illis quorũ intereſſet interea nihil ſatius vide-
ri vrgente nõ eius tantũ Regni ſed totius quoq; Chriſtiani nomi
nis opportunitate, q̃ vti opera quorumcunq;, ac imprimis Boe-
morum, qui & ad manum eſſent, & in priori expeditione, quo ad
tuendam religionem nõ ſolum pij, ſed etiam obſtinati cogniti eſ-
ſent, Nec totidem Volones cruceſignati ex reliquis omnibus Chri
ſtianis nationibus accurriſſent/quot ex vnica & haud ſane nume
roſa ipſorũ gente/ad extremũ adhiberent̃ nec ne/ad eiuſmodi cõ
ſolidationem, magis q̃ alterius cuiuſq; intereſſe eorum/qui illos
erant vocaturi, q̃nquidem eo blandimento allecti maiorũ q̃ agen

dorum gloria incitati/ſi nihil aliud ſaltem domeſticã ſecuritatem preſtare poſſent. Spreti vero prætereꝗ ꝙ certi hoſtes/etiam irritati in Regni gremio forent remanſuri. Igitur poſtꝗ omnes conuenerant, dies aliquot extracti extinguendo inteſtino bello/verũ vbi nulla iniri ratio potuit/eius ex toto abolendi/ conſenſum eſt in biennales inducias/quibus durantibus captiuos vtrinq; dimitti placuit/ea conditione ꝙ inducijs exactis/reuerterent̃ in vincula & cuſtodiã. Si de pace interim nõ conſentiret̃/lętis ſubinde omnibus ꝙ datis acceptiſq; inducijs/domi nihil quod inter ſuos magnopere timeri poſſet, relictum videbat̃. ¶ Propoſita eſt belli externi conſultatio, & plæriſq; alijs: ſed Deſpoto & Iuliano imprimis inſtantibus, publiceq;, ac priuatim aſſerentibus præparari aſfuturaq; in tempore auxilia à pontifice maximo, cæteriſq; principibus Chriſtianis/facile recenti adhuc victoria elatis, fidentibuſq; animis perſuaſum/vt redintegrandã expeditionem cenſerent: apparebat enim accedentibus terra mariq; tot potentiſſimoꝝ principum nationũq; auxilijs/faciliſſime deleri poſſe, eũ hoſtem, quem pauloante præter haud ſane multos Volones cruceſignatos nemine omnino opitulante, ſuis tantũmodo armis ac viribus fudiſſent fugaſſentq;. In eum itaq; ſumptũ decretũ eſt extraordinariũ tributũ/ſubito ab indigenis exigendũ, queſtoreſq; ad id deſignati, Bellici autem apparatus tota cura Huniadiano delegata: ſed & nuncij conſtituti/qui ea quę apud Hungaros & Vladiſlaũ decreta erant/ad quos maxime oportebat principes nationeſq; perferrent/venerat Budam ad eum conuentũ Pangratius de ſancto Nicolao/partiũ quidem Vladiſlai aſſertor: ſed qui omnem regionem quę a præterfluente Bago abluitur latrocinio infeſtam tenebat/in quem quia domeſticã quietem turbare videbatur/publicũ plus odium valuit, ꝗ liberi conuentus reuerentia, Captus enim eſt a multitudine tumultuoſius id efflagitante, ꝑcipitanterq; in vincula coniectus. Eodemq; impetu ſubitarium de complicibus ſumptũ eſt ſupplicũ/nec temperatũ foret ab Giſcra/in tam preæpropero ardore animorũ, contra publicę fidei ſanctitatem, Niſi Vladiſlaus vbi multitudinem vehementius concitatã vidit, ꝗ vt monendo hortandoq; verecundia æqui boniq; cohiberi poſſet, nonnullos Polonos confeſtim ſubmiſiſſet/qui per poſticũ edita

Conſultatio ſuper bello

ctum mutatis veſtimentis, in Iaurinũ perduxere. Quo facto, rex
ab Giſcra poſtea nunq; nominatus eſt ſine reuerentia & prefatio
ne ſeruatoris. Rebus igitur ſic diſpoſitis in Hungaria, Vladiſlaus
ad fluctuantem paterni Regni ſtatum & molitionem Cazimiri
in Maſouios animũ conuerterat, volebatq; dum tributa exigeren
tur, dum gerendo bello vſui futura parabant, tranſcendere in Po
loniam, factiones inteſtinas illic quoq; ſedaturus, Conſultaturus
q;, quo pacto licentia latrocinantiũ, ex Sileſia, & Lituanicus mo-
tus ſupprimeretur: ſed & magnopere geſtiebat ſecum poſt tot tan
tasq; res fœliciter geſtas, ſeſe matri ac ſuis alijs oſtentare. Cæterũ
præter id quod apparebat Polonos omnia facturos, vt non niſi
quæ ad pacem ſuam facere crederent, recte prius conſtitutis, Re
gem ab ſe dimitterent / Hungari etiam veriti ne aut iuuenilis ani-
mus, dulcedine quietis in paterno Regno remolliretur / aut a ma
tre cæterisq; neceſſarijs auerteretur a periculis, in bello Turcico
ſubeundis, Deſpotum & Iulianũ tanquã duas machinas ad eam
cogitationem expugnandã Regemq; in Hungaria retinendũ ad-
mouere / illi ſatis ſuperq; ad id per ſe prompti / nec minus ab alijs
ſtimulati hortando rogandoq; puicerunt / vt Polonis Rex in pre
ſens per legatos excuſaret neceſſitatem, ac magnitudinem ſuſcepti
negotij / a quo præter ignominiã proditis illis, quos ad belli ſotie-
tatem exciuerat / ſine ſummo etiam periculo abeſſe non poſſet,
Quia Turcus cognitis, quę a Chriſtianis parabantur, ingentem
congregaſſet exercitũ, impetiturus vltro Hungariã, niſi ſua defen
dendi neceſſitas ei prius obijceretur, Quibus adiectũ eſt etiam ne
gocium impetrandi propter nouam expeditionem auxilia, Nec a
Polonis ſolum, verumetiã a Prutenis / a quibus præterq; quod
ex profeſſione ſua deberentur: apparebat etiam eo iuſtius peti /
quo a priori bello ocioſius abſtinuerant. Cæterũ veluti ea poſtu
latio irrita apud Prutenos fuit / ita dilatus regis aduentus magno
malo Polonis ſtetit. Cũ enim vniuerſorũ animi erecti in expecta-
tionem illius, quieta ſecum & ciuilia agitare cepiſſent / vbi intelle-
ctum eſt minime affuturũ / illico veluti impunitiorem licentiam
nacti / ſeſe ad conſuetas artes conuertere: & præter id quod mu-
tuis ſimoltatibus multa inter ſe fœda cõmittebant / facile etiam ex
ternorũ iniurias tolerabãt: ſed nec minus finitimi eandem ob cau

ſam latrocinabantur impudentius/captiq́ſunt & rebus ſuis exuti/ab illis multi negotiatores honeſtiſſimi/prædę etiã ex agris propemodũ licentius, q̃ ſi bellum indictũ eſſet abactę: Sed ante omnes inſignis fuit rapina ducis Opolienſis/interceptis per inſidias q̃plurimis negotiatoribus Cracouieñ. dum Vratiſlauiã ad nundinas proficiſcerent: quã iniuriam cum publico ſumptu ac viribus vindicanda cenſeretur/placuit tamen prius ad Regem perferre: ille ne quid ſe abſente viribus tentaretur edixit: ſed vt iure res repeterent/ſeq́ oportune affuturũ/ſi minime reſtituerentur/dum ea cum Polonis agerentur ſatisq́ ad bellũ prouiſa & conſtituta eſſent omnia/in Hungaria/viſum eſt denuo ſignificare Conſtantinopolitano Imperatori/vt ſe cum ſuis pręparaaret motũrus ex parte altera/vbi Vladiſlaus ad Traciæ Macedoniæq́ fines cũ exercitu perueniſſet: nec minus admonere etiam fidei, ac temporis pontificem maximũ, cæterosq́ qui paulo ante obſidendi Helleſponti vltro negotiũ curamq́ ſuſceperant: itaq́ illi nihil diſſimulantes, congregata inſtructaq́ ad Caietam ſeptuaginta triremium claſſe, miſerunt illico Franciſcũ Albertũ Cardinalem Florentinũ, vt nauigaret in Helleſpontũ/obſeſſiſq́ illic littoribus opportunis obſiſteret, ne quid ſubſidiorũ a Turco ex Aſia poſſet accerſiri: ad quam rem ſummo ſtudio maturandã/præter id quod Vladiſlao data fides & religionis cura intentos faciebat/fama qua
Carman⁹ vulgabatur Carmanũ Ciliciȩ Carmaniȩ Regem, cũ validiſſimo exercitu in Pontum & Bitiniam Turcos oppugnatũ venire/etiã promptiores fecit. Cum viderent omnia veluti quodam diuino nutu ad id præparari, vt ſuperſtitio impia & fœda peſſundaret, perculerat & Turci animũ/moles inſtantis a Carmano belli/cui ſuſtinendo imparem ſe fore ſciebat, niſi integer illuc ſe conuerteret/& videbat diſpartitis viribus ſuis: eodem tempore Polonis atq́ Hungaris terra/Italis vero etiam mari eſſe occurrendũ/cum nihil ignoraret eorũ quȩ contra ſe ſummo conſenſu ſummoq́ conatu ab vtraq́ gente parabant. Et proximo etiam bello cum magna ſuorũ clade Vladiſlai vires ac fœlicitatem expertus/timebat magis ex eo, q intelligebat adeo prævalida ſubſidia illi affutura/igitur ne copias ſuas diſtrahere in diuerſum, & propemodũ ſine ſpe reſiſtendi ſeparatim eas ſummis diſcriminibus obijcere coge-

retur/ratus cæterorū animos facile poſſe ad pacem acclinare/ſi Deſpoto prius perſuaderetur: nuncios ad eum clam ſubmiſit: qui veluti de Carambi redemptione agentes, per occaſionem proponerent ſibi cum libertate filiorū priſtinæ fortunę decus atqꝫ amplitudinem: ſi æquabilis concordię cum rege ineundę auctor ipſe fieri vellet: ille ſe dolo atqꝫ aſtu a perfido hoſte tentari primū ratus/oratorū verba diffidenter audiebat. Cæterū vbi inſtando agendoqꝫ vt crederetur extorſere/cœpitqꝫ illius animus ab incerta ſpe victorię/ad pręſentem certamqꝫ principatus ſui poſſeſſionem cōuerti/cum nō ignoraret filios interim fœdo in carcere cathenis vinctos/& iampridem crudeliter oculis mulctatos/ludibrijs quibuſqꝫ eſſe expoſitos/& vltra quā paternus animus pati poſſet/diutius indignis atqꝫ acerbis modis per opprobriū & calamitatem in ſorde ac ſqualore vexari/eaqꝫ res non minus ꝙ euerſa ſtatus ſui fortuna ſollicitū haberet: rem prout offerebatur ad Hunniadianum pertulit/qui & ſi priſtinę fœlicitati viribusqꝫ fidebat/ad eaqꝫ auxiliares etiam copias terra mariqꝫ acceſſuras ſciebat: tamen inteſtinū bellum in Hungaria nō extinctū, ſed dilatum, Fridericūqꝫ in propinquo diuitijs & auctoritate prępotentem hoſtem cum videret, reputansqꝫ ꝙ varij inopinatiqꝫ caſus in bello dominent̄/ne ſiquid aduerſi mala fortuna obieciſſet/Vladiſlaū ſubinde facili negotio, regno frui contingeret/illatam a Turco pacis mentionem haud quaqꝫ aſpernandā cenſuit: pręſertimqꝫ etiam ꝙ Deſpotus per concordiam pene plura aſſequenda proponebat, quā poſſet bellum etiā fœliciſſimū repromittere: Sed ante omnia quibus tandem conditionibus reuera pacem firmare vellet, a Turco exquirendū putauit. Cumqꝫ nunciata ſibi per Deſpotū tam de redimendo Carambo ꝙ de reſtituendis illis, qui bello repetebant̄, vera eſſe comperuiſſet, tranſegit ante omnia de precio captiui/pro quo quinquaginta aureorū milibus acceptis: nihil interim prętermittendo ex ijs, quę ad acerrimi belli motū præparanda fuerant Nunciat Regi/quid ꝙ maxime fieri poſſet, numeroſo inſtructoqꝫ exercitu Idibus Iunijs ad Segedinū moueret/ibi legatos Turci petentes pacem affuturos/offerri quidem vltro conditiones haud aſpernandas, tempori & rebus regni. Cæterū vim paratam in conſpectu, multo meliores extorturam, Sollicitus adhuc ſecum Vla-

diſtaus de ſtatu Poloniæ periclitante, mentionem pacis lętus audiuit/videns facile fore/vt viribus quas ad externũ bellum comparauerat, domi vtriuſq Regni ſui res in perpetuũ ſtabiliret, Sublatis omnino aut eiectis iniuriarũ ſeditionũq principibus/ſed & cæteri omnes poſt tot annorũ nõ intermiſſum bellũ ceſſationem quietemq aliquã a Turcis deſiderabant: venit itaq Rex cũ ſuis pręſtituta die in Segedinũ/quo Deſpotus Hunniadianusq antecesserant, cum Turcis oratoribus: quorũ princeps græcę nationis homo/ſed Muſomanorũ ſectam profeſſus/vbi in conſpectũ Regis venere, ita verba fecit. ¶ Si cõmiſſo inter nos belli diſcrimine Rex inclite/nunc demũ ad petendam pacem veniretur/videri forſan poſſet Amurates Imperator noſter viribus ſuis diffidere: ſed cum multo ante quieta conſilia propoſuerit tibi, q̃ manum conſerendi aliquando tecum cogitatio quępiam ſubeſſe poſſet/ inq meliori fortuna ſua/iam tum egerit apud te de amicitia ineunda. Non debes exiſtimare, noua potius aliqua neceſſitate nunc permotum, q̃ conſilio eodem, quod a principio ſibi perſuaſit te fœderis ac pacis mentione prouocandũ/Nec enim ſemeſtri victoria tua credere oportet/fractos abiectosq eſſe animos noſtros continua fœlicitate/iam tot annos ſupra omne fortunę diſcrimen elatos, Quos etiã ſi nihil aliud erigeret firmaretq, vtiq vidiſſe tuos totiens a nobis effuſiſſime fugatos victosq reparare ſubito copias/victoribusq ſubinde vltro inſultare, ſatis efficax exemplum foret, ne mediocri clade accepta: & quę tota ducum noſtrorũ temeritati queat imputari, de fortuna viribusq noſtris ſubito deſperaremus: Atq ideo non tanq̃ aut neceſſitati aut deſperationi cedentes nos audiendos putes, Sed vt qui minime contra alienam fœlicitatem tendentes, modũ terminũq noſtrę conſtituimus. Cũ q gloriam partę nuper abs te victorię pręſentisq apparatus magnitudinem, oculis atq animo metiris/quantũ vtriq credere oporteat tibi documento nos ſimus/totiens prius victores eiſdem q quibus tu modo humanę fœlicitatis blandimentis inflati: nullius magis intereſt caſibus ſe ſubtrahere, q̃ cuius fœlicia initia nõdum ſortem alteram ſunt experta/pauloante vix pubeſcente ætate cum paterno regno adminiſtrando minime ſatis par credi poſſes/accitus es ad alterum pariter regendũ/præter q̃ q magnitu

Oratoris Turcorũ pro pace oratio

dine ſua fortiori ætati intolerabile externis bellis ciuilibusqꝫ factionibus etiam implicitū/magno animo ſuſceptę a te conditioni adeo ſucceſſus affuit, vt bello domi ſtatim pene extincto arma in nos cōuerteris: Et quorū nomen prius vix ſuſtinebatur facile vinci poſſe docueris, Quo benignius auſus tuos fortuna confirmauit, eo ne deſtituat pręcauendū eſt magis/pręſertim qꝫ nō qui plurima, ſed qui grata & firmiſſima quęqꝫ poſſidet/iure Fœlix appellatur: porro quid tibi gratius eſſe poteſt aut debet, qꝫ paternū Regnū/quid firmius qꝫ adiecta illi cum pace noſtra Hungaria: ſed blandiaris cœptis tuis: & quantūuis de ſucceſſu ſtabilitateqꝫ fortunę tibi pollicearis: nempe vt Deſpotū in ſedem ſuam reſtitueres/celeberrima duo tua regna in diſcrimen ſeruitutis adduxeris/haud ſane æqua laborū periculorūqꝫ mercede illectus. Q? ſi id quod tanta belli mole quæritur/minime tanti eſt/vt tam magno diſcrimine peti debeat. Quantū ſentimus, non minus tua qꝫ noſtra intereſt videre ne de alienis ſolliciti, noſtra labefactemus. Concordię ac pacis multę vtrinqꝫ dici accipiqꝫ honeſtę conditiones poſſunt/belli vnicus futurus exitus euerſio ſcꝫ patriæ, diuinorumqꝫ & humanorū omniū apud eos qui victi fuerint: ſi præteritorum meminiſſe placet/habemus & nos quid arma nobis & vires polliceantur, Cæterū cedere caſibus qꝫ obluctari humanæ imbecillitati magis conuenire cenſemus/tuū eſt reputare cū tuis/malitis ne capere exemplū inſtabilitatis fortunæ, ex rebus noſtris, an in veſtris eam experiri/acclinati in eam ſententiā iamdudū animi/facile permoti ſunt, vt de pace agereť, diſceptatio maior fuit/in conditionibus approbandis agente Turco de reſeruanda ſibi Bulgaria fodinisqꝫ argenti, cum plæriſqꝫ oppidis in Seruia: Vladiſlao vero legitimis dominis reſtitui ſingula volente: tandem in id conuentū qꝫ Bulgaria tantūmodo in ditione Turci remaneret: cætera omnia quomodocunqꝫ occupata/ab eo reſtituereť illis quorum iuris fuerant ante bellū: captiui qui ſupererant vtrinqꝫ ſoluerentur/imprimiſqꝫ Deſpoti filij: dies deinde conſtituta/in qua oppida ciuitateſqꝫ prout pactum erat tradereť, paxqꝫ in decennium concluſa/non aduerſante etiam Iuliano/nō tam quia ex animo rem nō improbaret, qꝫ quia aut non ſuccurrebat quid ſpei proponeret/tot tantiſqꝫ vtilitatibus compenſandis/ſi in præſens

Fœlix

negligerentur: aut quia in tam precipiti conſenſu, omniũ clauſas mentes admittende rationi intuebatur: expectabatq; admonendi tempus oportunius: ſed miſere interim cruciabatur, ſecũ reputans, ſuis maxime factũ adhortationibus/vt Veneti Burgundusq; & pontifex maximus claſſem ad Helleſpontũ mitterent: ſeq; exinde aut vanitatis, aut perfidię ab illis arguendũ videbat/ſi pax vt conuentum erat ſeruaretur. Cæterũ q grata ea pax Hungaris fuerit, memoria veterũ cladiũ ſanguinisq; effuſi, recuperandis illis, quę vltro tunc reſtituebant: vel exinde licebit extimare q eius vt videbatur auctori Hunniadiano, virtutis & honoris gratia data ſunt oppida & loca omnia, quę aliendo in Hungaria Deſpoto fuerãt prius aſſignata. Et cum Turci peterent, q in confirmandis pacis conditionibus, prolata in mediũ Eucariſtia rex iuraret, haud quaq fortiter contra tendebant/ne ſi id iurandi genus deprecaret, ſuſpicari poſſet parum ſincero animo tranſactũ de concordia. Cuius adeo vehementi ſtudio tenebantur, vt vitarent etiam ſuſpiciones ſingulas, a quibus perturbari eam poſſe apparebat: Sed Gregorius Sanoceus vbi Regis quoq; animũ a tam improbo facto haud omnino abhorrentem vidit: religioſo veluti furore pcitus, deus inquit deus tam execrabile ſcelus auertat vt qui pauloante cõtra impios pugnantes omnia triſtia difficiliaque perpeſſi ſumus dum vinceremus. Nunc rurſus pro religione armati/& propemodum victoriã manu tenentes, Sacroſanctũ diuini myſterij arcanũ ſub profanorũ oculis ſponte proferamus. Quid prima: quid hac ſecunda expeditione, a nobis petitũ quid adeo ingentem belli molem, ex tam ſeperatis ab inuicem regionibus ab Italia, a Burgundia, a Tracia euocare: quid denuo arma induere: quid hucuſq; progredi oportuit/ſi ſacra noſtra prodenda erant minori noſtro facinore per ignauiam domi inermes ſedendo pati potuimus, illa profanari, q nunc ſimus armati prodituri: pudeat nos gratulationum, quibus nuper victores accepti: pudeat laudum, quibus vt Chriſtianę rei ſeruatores prope in cœlum modo elati ſumus. Pudeat deniq; obnoxios ijs nefarijs cogitationibus/nos dignos haberi aut in quibus totius Europę Reges ac principes ſpes ſuas collocauerint: aut pro quibus innumerabiles populi & nationes omnibus in templis, ad deum ſupplices ambiant/pro victoria noſtra

Vinculũ fœderis quale petitum per Turcos

Diſſuadet Sanoceus Euchariſtiam interponi.

vota nuncupando. Quanto ſanctius priſci Romani, qui capta a
Gallis vrbe, ne ſacra ſua conſpici poſſent, terræ infodere. Nos vi
ctores noſtra vltro impijs prodere cogitabimus, cõmittemusq;,
vt religioſius ab illis inanes quædam diuinorũ perſuaſiones ſer=
uatę dicantur, q̃ a nobis ſacroſanctũ immortalitatis noſtrę pi=
gnus ac myſteriũ/& publice nos illo facinore contaminabimus/
Qꝫ ſi vnus quiſpiam ſacrilega audacia ꝑpetraret ſeueriſſime vin=
dicaremus: omitto quantũ piaculi apud deum contrahemus, qui
non modo ab ipſius cauſa defecerimus/ſed ipſum etiam teſtem
ac pignus defectionis noſtræ impijs exhibuerimus. Quid de no=
bis hoſtes ſentire poterunt, videntes nos tanti pacem exiſtimaſſe/
vt non minus ſacrilege iurauerimus, q̃ ipſi impudenter poſtula=
uerint: ſed vt hæc pacis vtilitas ſeuiora videri faciat, omnia quæ
aut in noſtra vel aliorum ſecta religioſe altius elata ſunt, quã quę
humanis ſenſibus attingi queant, cærimoniarũ velamento ſan=
ctoq; arcano mortaliũ animis infundunt̃/quę ſi nuda in medium
protrahantur/quia nullo humanę rationis argumento ſubſiſtũt,
& temere aſſeuerari & impudenter peti vt credantur apparet/au=
diuere dudum hoſtes deum à nobis pręſentem coli, aſſeruariq; in
ſacrariorũ penetralibus: & quia ignorant quo id pacto contin=
gat, cum de eo cogitant, nihil ſimile ijs quę terrena & momenta=
nea cognoſcunt: ſed quicquid extra mortalitatis ſortem poſitum
putant, mentibus eorũ occurrit. Et id quod quale ſit neſciunt, tan
tę noſtrę de eo aſſeuerationi par figurant/nos hanc ipſorũ perſua
ſionem patefactis arcanis noſtris corrumpemus, elatasq; ad diui
na & cœleſtia de ſacris noſtris mentes, ad caduca & terrena reuo=
cabimus, ſpecie panis in conſpectũ exhibita, qua verum corpus
Chriſti contineri, vt nos quidem firmiter credamus, efficit diuina
inſtitutio gratiaq; in qua nati ſumus. Quibus illi orbati cum res
per ſe fidem non faciat/reſtat vt nos irrideant, veluti minime poſ
ſibilia credamus. Nolite per deum cõmittere, vt aboleatur ſacer il
le horror/quo ipſorũ animi pręſtringunt̃ in bello/cum ſecum re=
putant inituros ſe præliũ contra nos/quibus adeo propicius ſit
deus, vt propemodũ videndus nobis coram pariter conuerſetur:
Quantũ de noſtra deq; religionis noſtrę maieſtate hoc facto mi=
nuetur/tantum creſcet apud illos audacia credituros ſubinde/vt

ipſis quidem videbitur/ex ſpecie quã intuebuntur,nos nõ modo in veri dei tuitione non eſſe,ſed nec in alterius cuiuſpiam. Multis modis ſtabilitati conuentorꝫ caueri aliter poteſt/quamuis ad fidei pignus regium verbũ ſatis eſſe deberet,Aliæꝗ inter priuatos cautiones/alię inter principes exhibentur, Ad extremũ relicturũ ſe profanata caſtra aſſerebat/ſi eo modo Rex iurare pergeret/itaꝗ cum videretur tam vere ꝙ e religionis,eꝗ ipſorũ quos alloquebatur vſu & maieſtate dixiſſe. Conſtitutũ eſt in confirmanda pace proferri vtrinꝗ in mediũ ſacram hiſtoriã ſuam,quod euangelium noſtri,alcoranũ illi vocant/quibus vbi ſuę quiſꝗ dexterã admouit religioſe iuratũ eſt/conuenta executum iri,atꝗ inuiolata permanſura:hoc maxime modo datis acceptiſꝗ pacis conditionibus/cum Turci digreſſi eſſent promiſſa impleturi:venit a Franciſco Cardinale nuncius cum literis in quibus continebatur,Turcum aduerſus Carmanũ cum ingenti copiarũ numero traieciſſe in Aſiam inermiaꝗ & vacua quę poſſideret omnia cis Helleſpontum reliquiſſe/ab ſe vero cum claſſe littoribus vbiꝗ occupatis iam tum ademptam hoſti facultatem reportandi exercitũ in Europam nõ prætermittendã tantam occaſionem prope ſine armis aut certamine aliquo exterminandi propellendiꝗ ad origines ſuas diram gentem,execrandamꝗ ſuperſtitionem. Meminiſſet rex fidei ſponſioniſꝗ principibus Chriſtianis factę & ꝙ maxime fieri poſſet/ꝓperaret cum promiſſa expeditione/quando illi quoꝗ quod ſuũ erat auxilia pręmiſiſſent/ad ea ſimilibus pene aſſeuerationibus a Græco quoꝗ Imperatore per literas ſignificata:addebatur etiam,elatũ ſe ſpe,belli maiori conatu a Rege ſcd'm ſponſionem renouandi/cum tentaretur a Turco de fœdere/non ſolũ repudiaſſe conditionem/verumetiã hoſtilia contra illum vltro intuliſſe/& in armis eſſe cum ſuis vt regi ſub ipſum montiũ deſcenſum vel accurreret vel alibi expectaret/ſi id magis ex vſu fore videretur,inſtandũ agendumꝗ,dum diſtractus ille/multiplici bello tam diuerſis in locis mari terraꝗ ſuis adeſſe non poſſet/dum nuper cęſus fuſus fugatuſꝗ nondũ ſatis animũ vireſꝗ collegiſſet/& proximis cladibus afflictus/nedum impetũ:ſed nec nomen quidem regium laturus videret/omnia per dolum fraudemꝗ ab oratore Turco in fœdere tranſacta. Non cõmittendum,vt glorioſa

Sacra hiſtoria vtriuſꝗ profertur.

initia vero odii negligentia fœdarentur: ſed rapiendã opportunita-
tem delendę ignominię religioni noſtrę inuſtę, non vno atq; alte-
ro oppido ſed multis regionibus Chriſtiani nominis partim dire-
ptis, partim ab execranda gente ſub ditionem ſuam miſſis, Turcũ
adeo feſtinanter per Helleſpontũ copias traieciſſe/ vt verius dici
poſſet fugiſſe bellũ/ qđ a tergo affore ſciebat, q̃m ꝓfectũ eſſe ad
propulſandũ id quod ab Aſia nunciabať. Ad extremũ rogabatur
ne veluti ſub cultro, & prædę relinqueret crudeliſſimo hoſti, qui
proculdubio exercitũ reportaturus eſſet in Europam/ vbi aduen
tus Vladiſlai metum depoſuiſſet. Nõ aliunde magis id diſcrimen
ſibi imminere q̃ q Regiæ fidei pollicitationibusq; crediderat.
Recitatis vtrorumq; literis in Regis ac procerũ conſpectu, qui-
dam ſubito quaſi languor omniũ animos occupauit/ memoria
eorum, quę de ſe ſperare adduxerant principes Chriſtianos/ cœ-
pitq; Regis aliorũq; velut oculis obuerſari ſpecies gratulationũ/
quibus tot Regum populorũq; veluti publico conſenſu paulo-
ante, tanq̃ Chriſtiani nominis ſeruatores excepti fuerant: & pu-
debat pigebatq; ob pñtem vtilitatem perpetuũ decus veluti con-
tempſiſſe/ ſecuturãq; exinde ignominiã intuebanť: & meminerãt
obligatã ab ſe fidem Græcis, Latinisq;/ & ab vtriſq; implorata
auxilia preſto eſſe audiebant/ quę niſi per ſummũ ſcelus in diſcri-
mine in quod pellexerant, relinquere non poterant. Quibus adeo
contrario affectu omniũ fere mentes diſtrahebanť/ vt qui paulo-
ante pacem vltro elegiſſent, bellum malle appareret. Et videbatur
etiam quædam quaſi opportunitas & cauſa concordię repudi-
andę: quandoquidem Turcus ad conſtitutã diem neq; captiuos
omnes ſoluerat: Nec dum oppidis ciuitatibusq; quibus opor-
tuit ex fœdere ceſſerat. Itaq; Iulianus apud tam ſuſpenſos ani- Iulianus
mos, deſideriũq; inter & pœnitentiam initę concordię/ fluctuan- cõtra fœ
tes, occaſionem ſuam adeſſe ratus/ cum multis magniſq; actioni- dus bellũ
bus antea expertus eſſet/ Sano ceũ perſuadendi vi & facultate, ve- ſuadet
lut habere hominũ mentes in poteſtate/ conatus eſt ſibi illum ad-
iungere in negotio pacis improbandę: ſuadendiq; inſtaurandum
bellum. Quod cum ab eo minime impetraret/ ꝓpterea q ille De-
ſpoti Hunniadianiq; ſententiã probans nec temere dandam fidem
hoſti/ & datam minime violandam contendebat. Conuerſus ipſe

ad circumſtantes: A fœdere inquit de quo cum Turcis tranſactũ videtur, q̃q̃ inane irritũq;, mallem abſtinuiſſemus: Non q̃ ius religionemue illius aliquam ſi bellũ proſequemur violandũ intelligi oporteat: ſed quia dandis accipiendiſq; conditionibus bonã partem temporis proſequendę expeditioni aptiſſimi fruſtra conſumpſimus. Contradixiſſem iam tum ab initio. Sed acclinatiores animos veſtros ad concordiã vidi/quã vt crederem poſſe oratõe mea ad rem gerendã vos erigi/ꝑterea ſciebã hęc omnia quę nobis hodie nunciata ſunt de facilitate debellandi in Europa/Turcis implicitis detentiſq; bello Aſiatico/fore vti paulopoſt nunciarent̃/maluiq; expectare donec ea crederetis alijs/q̃m intempeſtiue prędicendo cõmittere vt fingi a me & per vanam ſpem iactari arbitraremini. Nunc quando vt volui aſſeueratio victorię veſtrę ad vos aliunde q̃ a me peruenit: Et ita eſſe vt deſcribitur/non minus q̃ optabam credere vos indicat deſtituti incepti pœnitentia/non gerendũ ne ſit bellum quod omnes neceſſariũ intelligitis/ſi cũ decoribus prius partis ſalutem libertatemq; veſtram retinere vultis: Sed liceat necne geri poſt qualemcunq; hanc vtrinq; fœderis iactationem/explicandũ a me ſentio: video enim pleroſq; inanibus fidei ac fœderis nominibus ſuſpenſos/intra ſe nõ tam quid facere velint, q̃ quid æquũ ſit deliberantes/quaſi verba quędam inconſulta per ſpem metũq; mutuo iactata, nomen ſanctitatemq; fœderis obtineant.

Fœdus

Cum id demũ iure ſit fœdus, quod ab illis quorũ res eſt initur/non verborũ ſponſio ſed conuentorũ expleta fides confirmauerit: Huic neq; paciſcentiũ affuit auctoritas/neq; pactorum ſubinde acceſſit executio: ſed nomen tantũ fœderis & cęrimonia temere iactata ſunt. Quę non prius ſancta ſunt, q̃ promiſſa vtrinq; cum fide abſoluant̃: atq; vt incipiam ab eo qui ſponſionis caput eſſe videtur/tamdiu forſan liberũ regi fuerit/de fœderibus & pace cum Turcis agere/quoad inditi huius regni viribus & fœlicitate bellum geſſit/quoad nulla externa ope adiutus/priuato ſui Regni diſcrimine ac ſumptu publicam Chriſtianę rei ſalutem maieſtatemq; tutatus eſt: vbi vero cum alijs quoq; Chriſtianis principibus conſilia totamq; gerendi huius belli rationem cõmunicare placuit/eorundem conſenſu bellum intermitti oportuit, Quorũ opibus auſpicijſq; geri ſuſceptũ erat: Sed vt res tota

non ſecus atq; ante adiunctam ſibi aliorum principū manū, Regis tantūmodo fuiſſet, Nedum fœdus cum eiuſmodi hominū genere / ſed vllius omnino rei cōmerciū inire non licuit / & initū non tenet / iniuſſu pontificis maximi / huc adde ſuſceptas ab hoſte conditiones minime expletas eſſe: ex qua re etiam / ſi nihil aliud / omnia quæ dicta factaue dicuntur inania redderet / tamen quia conuentorū fides quę ab illis fruſtrata eſt / minime confirmauit ſanctitatem religionemq; fœderis. Intelligendū eſt a ſponſione ſua ſi qua fuit, non ſolū abſolutū eſſe Regem / verumetiā per dolū ac ſimulationem propoſita tranſactaq; eſſe ſingula ab oratoribus / qui pacem petitum ad nos venere / vt ſi hoſtis initurus fuiſſet id fœdus quod ſtabile ac ratū vellet. Si eiuſmodi poſtulatio & ſponſio fraude omnino vacua futura erat / non habuit quem de pace acturum mitteret alium, q̄ hominem lingua genere moribus & deniq; præter ſimulatam religionem tota vitę ratione ab ipſo alienum / qui nihil vere religioſe & ſancte a Turcis promittere: neq; ex diuerſo ſtipulari poſſet. Cęterū cuius pacta promiſſaq; omnia ſi ex vſu videretur / ſine verecundia reici atq; improbari liberū foret: ſed & pudebat eum tam ſupplicis actionis ſimulationem explicare per hominem ſuę gentis cauitq; verecundię: ne quid ſubmiſſe: ne quid infra vulgatam animi viriūq; ſuarū magnitudinem ageretur a ſuis. Et noluit Regem gloriari poſſe / q̄ ſupplicantem ſibi Turcum aliquando audiuiſſet: p̄terea cum tota actione multa ſimulanda forent / nō alterius artibus facilius decipi nos poſſe arbitratus eſt, q̄ eius qui nobiſcū de religione pauloante ſenſiſſet / vt quę per ſe nō ſatis fidem facerent / religionis velamento inuoluta in animū noſtrū deſcenderent. Cæterū ſi quę placuiſſent impetrata forēt / cogitauit ſe pactis ſtaturū. Sin minus ex ſimulatōe concordiæ ſe id ſaltem cōmodū percepturū / vt ad gerendū bellū poſſet ſibi interim conſulere: Quę ita eſſe indicat fruſtratus terminus eorū omniū quę per fœdus ab ipſo fieri oportebat. Scio Deſpoti ſed imprimis Hunniadiani tantam eſſe rerum hoſtiliū peritiam / tantū experimentū / vt nefas ſit dicere / non omnia ex vero ſic ſe habere / vt ſit eis perſuaſum: ſed illum cupiditatem ſimul liberandorum filiorū / ſimul recipiendi amiſſum decus, & fortunas / hūc vero diffidentiā auxilij a complicibus belli affuturi adegiſſe credi

derim/vt non tam acriter, ꝗ poterant animũ intenderent/& blan dis pollicitis diſſimulatã fraudem ſtatim nõ deprehenderint. Cæterum non debet cuiuſq̃ gratia/aut auctoritas apud animũ veſtrum plus valere, ꝗ veritas/cũ intelligatis tali fœdere neminem teneri/vel ex eo ꝙ ſine auctoritate ictum/vel ꝙ per fraudem ab hoſte minime impletis conditionibus ſit diſſolutũ: ſed vt omnia legitime a rege/nihil inſidioſe ab hoſtę actum conſtaret/meminiſſe debetis ſponſionis q̃m Chriſtianis vocatis admiſſisq̃/ in partem belli paulo priuſquã Turcis feciſſe vos conſtat. Et cum deliberatio veſtra illis anguſtijs incluſa ſit ꝙ data fides minime poteſt vtrinq̃ ſubſiſtere: Sintq̃ alterutri deſerendi/neminem dubitare conuenit: ita quenq̃ potius ſeruandũ eſſe/vt arctiore coniunctione nos contingit. Porro quid vobis cum hoc genere hoſtium conuenit/a quibus profeſſione moribus, totiusq̃ vitę inſtituto ac ratione diſtatis/quid cum Chriſtianis non coniunctiſſimũ eſt/atq̃ vt omittamus cõmunia immortalitatis initia, fana, ſacrificia, ſepulchra eadem, Tum cærimonias & ſacrorũ ritus/q̇bus animi veſtri multo arctiori neceſſitudine inter ſe coniuncti ſunt, ꝗ ſi natura ipſa eiſdem parentibus orta corpora coniunxiſſet. Nonne qui paulo ante in Helleſpontũ claſſem ſuam miſere/pro ſalute, pro gloria veſtra/cõmunicando vobiſcũ vires/ſuſcipiendoq̃ belli vna gerendi negotiũ/indiſſolubili omnino vinculo vos ſibi deuinxere. Qđ q̃ niſi per æternam labem atq̃ infamiam ingratorũ animorũ violare nõ poſſitis/atq̃ ideo cum ex parte altera illi ſint qui ad humana diuinaq̃ omnia vobiſcũ cõmunia/addidere recentiſſimũ beneficium ſubmiſſorũ vobis auxiliorũ: quiq̃ vt nulla noua ſponſio interceſſiſſet/tot humanis diuiniſq̃ propinquitatibus vos contingunt/vt ſine inexpiabili ſcelere deſeri nequeant: Ex altera vero hoſtis immanis/perfidus/qui nõ per bellum tantũmodo a vobis diſcrepat: ſed religiones alias cultusq̃ diuinos profeſſus/omnia quę vobis ſacra ſunt veluti profana contemnat: & ſi poſſit violet. Cuiq̃ nec dari fides potuit abſq̃ nefario crimine. Nec poſtꝗ data creditur/poteſt ſine grauiori culpa ſeruari. Non debet eſſe magna deliberatio/cum hoc ne an cũ illis, conuenta ſint exequenda. Si perſeuerat in ſuſcepta concordia/præterq̃ ꝙ eluſi eſtis/fruſtratis ex parte altera conditionibus contaminati inexpiabili faci-

nore, amiſſaq́ꝫ gloria priore bello parta; ſub quotidiana bonorũ omniũ execratione, infamem vitam agetis. Si vero qđ per ſe etiam vanum irritũq́ꝫ eſt repudiato impio fœdere bene de vobis meritis aderitis / eo in diſcrimine in quod per vos adductos nõ ignoratis / ad ſecuritatem qua ſubinde veſtra poſſidebitis / cum inmortali gloria non modo ea de quibus in concordia mentio eſt: ſed cætera omnia quę a dira gente poſſidenť in Europa recuperabitis / de cuius rei facilitate dicerem, niſi perpenderem ſatis per literas ſuas perſuaſiſſe vobis Græcũ Imperatorem, & Franciſcũ Cardinalem quorũ auctoritas in eo tanto grauior ſit oportet, quanto propinquiores ſunt hoſti / & indicant ex re præſenti: ſed & maior trepidatio hoſtis, q̃ꝫ vt ſatis ab ipſius oratore diſſimulareť / ſupra omnem orationem ſtimulare vos debet ad occaſionem iſtam capeſſendã, Quam ſi prætermittetis cogemini tandem deſpecti ac deſtituti ab omnibus / dubiũ dedecore an periculo maiore intra fines veſtros dimicationem eam ſubire / cui vos impares eſſe / implorando externa auxilia iampridem profitemini. Ad hęc multa de iure pontificio deq́ꝫ illius poteſtate ac vi p̃fatus. Subdidit tandem pontificis ſe maximi auctoritate id fœdus qualecũq́ꝫ eſſet reſcindere & abrogare: regemq́ꝫ ac cæteros quorũ intereſſet a iuramento & ſponſione quã Turcis fecerant abſoluere. ¶ Adeo a patricis Iuliani oratio non eſt probata vt ex concione tota exaudiretur fremitus depoſcentiũ bellũ, aſſerentiumq́ꝫ ſuccurrendũ eſſe illis, quos in belli ſocietatem attraxiſſent / quando nõ aliam ob cauſam periditarentur, q̃ꝫ q́ꝫ armati concurrerent ad propulſandũ pericula / ꝓpterea quę Hungari ſimul & Poloni pauloante coacti fuerant ipſos implorare: fortunarũ potius omniũ ac vitæ iacturã faciendam, q̃ꝫ fidei fidelibus obligatę: pertinere id nõ ad famam ſolum ſpemq́ꝫ de ſe apud cæteros Chriſtianos excitatam / ſed ad conſeruationem etiam & tutelam rerum ſuarũ: & vt nihil aliud ſtimularet ſatius pro religione honeſte occumbere, q̃ꝫ deſerta illa & prodita, deo atq́ꝫ hominibus violatis infenſiſq́ꝫ indecoram vitam extrahere / decreta itaq́ꝫ fœderis ac pacis abrogatio / & vt cum Chriſtianis alijs ſuſcepta expeditio continuareť. Cui ſententię nec Deſpotus quidem aut Hunniadianus tandem fortiter obſiſtebant / Ille inuitatus facilitate quę in debellãdo apparebat / hic regia ſpon

ſione pellectus. Cum Vladiſlaus promiſiſſet ei Bulgariȩ regnum poſt victoriam / & literas quibus id continebatur etiam quorundam procerū ſubſcriptione firmatas in fidem dediſſet: decretum igitur quod erat contra pacem promulgatū, Franciſco Cardinali ad claſſem miſſum/ſimulq́ Græco Imperatori & principibus cæteris/ad quos initi cum Turco fœderis iampridem fama peruaſerat. Raro alias Poloni tam lȩtum nunciū acceperant/ac fuit intellexiſſe ꝙ Rex de pace cum Turco tranſegerat. Nam cum Cazimirus indicto Maſouis bello, totis Lituanoꝝ viribus Drochicinum oppugnaret, Maſouiq́ iunctis pene caſtris ex diuerſo in armis ſtarent, Nec tam virium inter vtroſq́ diſcrimen appareret, q̄m ſuſpicio erat ſi cōmitti prȩlium contingeret/magnam partem copiarū Cazimiri defecturā ad Michaelem Sigiſmundi Ducis pauloante interfecti filium/qui apud Boleſlaū inter Maſouos militabat/ingens ſpes animos ipſorū ceperat, Regem ab ea pacificatione in Poloniā ſubito, id quod maxime cupiebant, profecturum/Anxij enim inter Boleſlaū Cazimirūq́ de euentu ſperabāt interuentū Regis id bellum dirempturū/& ab armis partes vtrinq́ abſceſſuras. Cum enim tam Lituani q̄ Maſoui ſub tutela regis agitarent, Polonis neutros vinci expediebat: itaq́ vbi diſſolutum fœdus accepere: iterum conſternati animo vt conſiliū caperent, ad Peterkouiam conuenere/ibi Vladiſlauieñ Epiſcopus & Ioannes Piltzanus deſignati oratores ad Hungariā/qui prȩmonitū regem pactionis ac fidei etiā hoſti ſeruandȩ/ſuadendo agendoq́ animarent ad paternū regnum reuiſendū/in quo multa eo abſente perturbata: ſed imprimis ſedandū bellum, quo a Lituanis Maſouia p̄mebatur/p̄ſenſerat Vladiſlaus Cazimiri motum/& futurū conuentū Polonorū/atq́ ideo ne quid exinde nunciaret ſibi/quod parū conduceret rebus, quas parabat/vtq́ ſui cordi ſe eī eſſe intelligerent/miſit illico in Poloniam Ioannem Gruſcinenſem/qui diceret Regem nullo modo ſalua famȩ verecundia/poſſe ſuſceptam denuo expeditionem intermittere/ſtatimq́ moturū ex Segedino/cogi neceſſario illis adeſſe, quos in bellū implorando attraxiſſet. Cæterū excitis paratisq́ tot maximoꝝ principum auxilijs victoriā paratā eſſe de ea gente quā ſuperiore anno paucis admodū Volonibus cruceſignatis adiutus fudiſſet fugaſſetq́

& quam niſi hyemis montiũq; aſperitas niuibus ac ſpeluncis aditum victorię ſuę ſubtraxiſſet/omnino ſubegerat/inter redeundum/quod ꝓpicio deo breui futurũ foret/conuerſurũ ſe iter in Poloniã; interim viderent ipſi nequid detrimenti regnũ caperet/imprimisq; Boleſlao duci adeſſent/contra Lituanoꝝ conatus/ Ea ſignificatio quia prętet ſpem venerat, gratiſſima Polonis fuit/perfecitq; vti Rex videretur eſſe tam ſollicitus de quiete ac ſtatu regni, quã ipſi volebant: ſed intercepta eſt exinde cauſa mittendę in Hungariã legationis/atq; ideo ſingula quę Regi domi forisq; ex vſu fore credebant/per epiſtolas ſignificauere: Interea licet minime ſeruata die/Turcus loca omnia de quibus in fœdere cauebatur præſidijs ſuis euacuata iuſtis dominis reſtituerat. Solutis etiam magno numero captiuis dimiſſisq; cum Deſpoti filijs. Vladiſlaus autem licet æger animo, quaſi euentũ præſagiret Stimulante Iuliano. Vndecimo kalendas Octobres vt conſtitutũ fuerat/mouit ex Segedino/ſed copijs aliquanto paucioribus, q̃ anno ſuperiore: nam & Volonũ minor numerus accurrerat/ꝓpter vulgatum fœdus cum Turcis/& multi etiam inter agendum de concordia dimiſſi Poloni & Valachi/quos futura pax ſuperuacuos reddítura videbatur/vbi ad Orſanam peruentũ/pridie nonas nouembres Danubiũ cum ſuis traiecit. Expoſitoq; in Bulgaria exercitu primo ad Florentinũ/deinde ad Bidinũ progreſſus/licet vndiq; circa iter oppida plęraq; arcesq; Turcorũ pręſidijs tenerent: non ad prædam milites diſcurrere nõ hoſtibus inſultare/non bellicę quicquã cladis inferre agris patiebatur: inſtituerat enim minime tempus aut vires ſuas p̃conſumere expugnandis munitionibus, ſerendisq; certaminibus, priuſquã coniungeret ſe cum naualibus copijs ad Helleſpontũ atq; ideo ne in planis & apertis locis vel inuitus pugnare cogeretur. Cum duę ad Callipolim vię ducerent/altera per extremã Traciæ oram, qua Macedonię coniungitur, campeſtris & breuior/inter Rodopem ac Biſtoniam paludem: qua ſi progredi voluiſſet, currus relinquere oportebat propter viæ difficultatem in hemo recta tranſcendendo: Altera vero per inferiora Bulgarię/prius ad ſolis ortum, deinde prope pontum ad meridiem, per Traciam/vt obliqua ita longior: Sed per quã licet montanã in plęriſq; locis & ſalebroſam: currus tamen

XI. Kal. Octobr. prima caſtra mota

haud ægerrime euaderent/maluit illac exercitū circumagere, ꝙ veluti ſe nudare curruū munimentis quibus ſeptus contra hoſti- les impetus/ſe ac ſuos facile tueri poterat/& ꝙ maxime integris copijs ac viribus ad Callipolim peruenire. Conuerſus itaqꝫ in pon tum inter Danubiū atqꝫ Hemum haud magnis ſed continuis iti= neribus ad inſtitutū feſtinabat: vbi vero ventum eſt ad Nicopo= lim Bulgaroꝝ metropolim/cuius vrbis pars altera a Danubio abluitur/altera in collem erecta: Quia fama erat totius Regionis diuitias illuc comportatas/miles cohiberi nō potuit/quin per ſub urbana diſcurrens ad prędā/etiam in ipſas portas faceret impreſ= ſionem/quicquid ædificiorum circumadiacebat direptū incen= ſumqꝫ. Cum vero portę ac mœnia ſtrennue defenderent/a pro= ſequenda oppugnatione iuſſum eſt abſtineri. Cæterū quia quan tum fert regio/vberes circum campi & colles videbant affatim ne ceſſaria ſuppeditaturi reficiendis militibus, iumentisqꝫ, biduū tri duumue illic perſeuerare placuit: in eo loco percenſenti ſuos regi & veluti totius belli apparatū recognoſcenti/dum miles non tam ſe reficit, ꝙ ſtudioſe illa ꝓparat/quę opportuna fore credebat ad viam iam & natura ſua magis difficilem/ ꝓpter anguſtias ſale= broſiores & propter frequentiā pręſidioꝝ hoſtiliū in oppidis ca ſtellisqꝫ vndiqꝫ imminentibus multo diſcriminoſiorem. Accurrit nunquā ſine ꝑfatione magni & fortiſſimi Imperatoris nominan dus Vladiſlaus Dracula Valachiæ quā montanā vocant/prin= ceps: qui cum iampridem pacem a Turco accepiſſet, factū ſuū in neceſſitatem reiecit, Q, haud numeroſiſſimę gentis princeps, nul laqꝫ externa ope adiutus, bellum Chriſtianis ſimul omnibus into lerabile ſuſtinuiſſet magnitudine animi & virtute ſuorū diutius, ꝙ ſperari de tam imparibus viribus poſſet/pluſqꝫ ab ſe interim hominū amiſſum, ꝙ terris ſuis frequentandis colendiſqꝫ ſuper= eſſet. Cum euentus quotidie admoneret contra hoſtiū multitu= dinem/paucoꝝ ſuorū virtutem magis admirandā eſſe ꝙ effica= cem: tandem eo peruentū fuiſſe/non vt in ſeruitutem venire opor teret/quę forſan tolerabilis/modo æqua ſit/& contigiſſet antea multis magniſqꝫ populis & nationibus: ſed vt cum patria & lari= bus familiaribus/cum altrice terra & cœlo relinquenda eſſent ſa= cra, religiones, aræ/degenerandūqꝫ in obſcenos mores ritusqꝫ im

Vladiſla us Dracu la Vala= chię Vay uoda

piarũ ſupſtitionũ/niſi conditionem accepiſſet/per quã citra profa natõem diuinorũ humanorũq; oĩm/reliquias ſuorũ ſeruaret in occaſionem dignam/in qua tanta virtus periclitaret. Ad hec cum eorum qui regem ſequebanť paucitatem animaduertiſſet. Rogare obteſtariq; cœpit/vt retro iter verteret/ſe malis ſuis ſatis ſuperq; doctum/quanta foret Turci potentia/qui ad venationem propemodum plures ſeruos pducere ſolitus eſſet/q̃m illic ad bellũ armati conueniſſent/abſtinendũ omnino a tam audaci periculoſoq; incepto, cõmunicandaq; conſilia & rationes/quo pacto res ęquis viribus geri poſſet: Interea nihil ſalubrius, q̃ in occaſionem meliorem eas copias conſeruare, Quę etiam ſi ſufficerent bello q tunc cum hoſtibus gerendũ, Cęteraq; omnia votis reſponderent: tamen eo tempore productę inſtantis hyemis tempeſtate & malis/omnino eſſent ſuccubiturę, Audiebanť ea, tanq̃ Dracula non ex animi ſui ſententia loqueretur/pter fœdus quod illi cũ Turcis erat, Tamẽ re ipſa per ſe fidem faciente, moti ſunt q̃plures/nec tantũ ſuſpicio ſimulatę ab illo orationis quantũ rei veritas vrgebat. Cæterũ rapiente regem fato, ad deſtinatũ propinquũq; iam finem/Iulianoq; ad ſuperioris anni fortunã identidem iactante nuſq̃ ſtringendũ fore gladium/vacua omnia defenſoribus reperturos/Amuratũ cum ſuis trans Helleſpontũ/vix Carmani impetum ſuſtinere, Neq; poſſe, etiam, vt ocioſus a bello eſſet, pter Venetorũ Burgundiq; & pontificis claſſem ſuppetias ſuis ferre, Gręcũ p̃terea cũ nõ mediocribus copijs ſub ipſis montibus accurſurum, Draculę quidem officiũ ac ſermonem magno aſſenſu omnes cõmendauere/veluti benignę in ſe voluntatis teſtimoniũ, Nec mirum de eorum victoria deſperare ipſum dixerunt/ignorantem qua p̃paratione, quibusq; auxilijs freti pgerent. Cęterũ nullo modo ea ſibi vt diceret in mentem ventura fuiſſe/ſi ſciuiſſet q̃ta claſſis, quantisq; Italorum Burgundiorũq; copijs inſtructa, q̃ multi etiã eqtes peditesq; Gręcorũ in armis eos p̃ſtolarenť, Nõ regem, non ſuos adeo inconſideratę audacię/vt bellum quod conficere nõ poſſent, vltro inferrent/bono eſſet animo quantũ ad vires attineret/ſatis prouiſa eſſe omnia, & p̃parata/fœlicitatem deũ ipm cuius cauſa ageretur & p̃buiſſe antea/& in p̃ſens p̃biturum. Conuerſus itaq; rurſus ad Regem Dracula/quando inquit aut fortu

Draculæ oro quomodo accepta.

na quę audentem magna quęcꝫ nuſcꝫ hactenus te decepit, Aut ſpes alienæ opis/ q̃m ratam velim/aut occulta fatorũ neceſſitas/ te in diuerſum trahit a ſententia mea. Conſiliũ tuũ quod ratione immutare non potui quantũ tempus & improuiſa res ſinit viribus adiuuabo/& cũ dicto quatuor milia equitũ duce filio ſuo/ copijs Regijs adiecit/orans obteſtanscꝫ immortalem deũ/ ꝙ quicquid Rex cætericꝫ de belli totius ſucceſſu animis ſuis repromitterent/fœliciſſimo euentu confirmaret. Ad extremũ dimiſſurus Regem/duos ex ſuis impigerrimos iuuenes regioniscꝫ & viarum periciſſimos/duoscꝫ item equos inuſitatę admirandęcꝫ pernicitatis in conſpectu dedit/& vix lacrymis temperans:habes inquit ad quod confugias/ſi caſus aliquis malaue ſors/ quod abhominor dicere/viribus te diffidere coegerit. Malim equidem fore vt fruſtra dederim/idcꝫ eueniet ſi vota & preces meę nõ vanę erunt/verum ſi neceſſitas vti coegerit/ſaluberrimũ munus experieris/vtile ſane conſiliũ Dracula attulerat/ſi tam fideliter auditũ ſeruatumcꝫ fuiſſet, ꝙ dabatur. Vulgatũ eſt poſtea virum ingentis ſpiritus natumcꝫ ad bellicas actiones/vbi apparatũ Burgundi Italorũcꝫ percepit/varie ac multũ ſecum agitaſſe inter pœnitentiã fidei Turco per fœdus datę/& religionem eius violandę ꝓpter euentũ & futuram fortunam/hominũ famam ſiue ad tam glorioſam expeditionem cum Vladiſlao progrederet̃, ſiue remaneret/ pluſ cꝫ omnino valiturũ fuiſſe apud militare ingeniũ belli decus, ꝙ laudem ſeruatę ſponſionis:ſed ſuapte natura ominibus diuinationibuscꝫ quibuſcũcꝫ alioquin obnoxiũ muliebre vaticiniũ retinuit. Pridie enim quã in regia caſtra peruenerat, Secuſa mulier Bulgara ſenio quidem confecta: ſed cognitione futurorũ multis experimentis clara/ad vicum Sullonũ/de exitu ac fine belli ab ipſo interrogata p̃dixerat, Regem haud fœlici euentu pugnaturũ/pluſcꝫ momenti contra eum hoſtem profligati exercitus reliquias habituras/forecꝫ ſubinde vt res fœlicius gererent̃/atcꝫ ideo in ſe ac ſuos vaticiniũ deriuare volens/ ꝓſperioribuscꝫ actionibus ſupereſſe/periculo quod in pręſens nunciabat̃ ſe ſubtraxiſſe:filiũ vero cum a ſe dimitteret magnopere monuiſſe ne fortunę obluctaret̃ temere in acie/ſi res Chriſtiana inclinaret. Conuertit deinde Vladiſlaus ſe in Traciam, ingentemcꝫ multitudinem fluuialis ſcaffæ in Pa-

Secuſa ſaga

niſo amne compertã incendit: Oritur aũt Paniſus in monte Hemo & inter Meſſembriã Odeſſumq; Euxino illabitur. Creditum vero eiuſmodi nauigia infeſtandę Hungarię gratia illic a Turcis pparata/vt demiſſa ſubinde in pontũ/per occaſionem tranquilli maris iuxta littus ſurſum agerentur in Danubiũ, Cuius maxime meridionale hoſtiũ, haud plus triginta milibus paſſuũ diſtat ab Odeſſo, Ab eo incendio qua placidiorem aſcenſum Hemus ad ſe dabat erecturus agmen/quia via vtiq; anguſta & confragoſa diuiſit copias, vt contra improuiſos hoſtiũ incurſus firmior eſſet, & paratior: Hunniadiano igitur cũ auxiliaribus Valachis & tribus Hungarorũ milibus pręmiſſo/ſequebat̃ ipſe magno interuallo, cum cruceſignatis reliquaq; multitudine, Nam currus in medio agi placuerat/tam pcedentis q̃ ſubſequentis agminis pſidio tutos/inter progrediendũ nequid a tergo relinqueret̃ quod muniri in locis adeo anguſtis poſſet, Nonnulla oppida hincinde direpta/& prope funditus diruta/vici q̃plures incendio deleti, graſſatũq; eſt a militibus licentioſe/etiam in ſacra Bulgarorũ Grę corumq;/quorũ templa veluti profana manu, ferro, igne, cęterorumq; omni ſcelerũ inſtrumento violabant. Id vero impiũ vt certe erat viſum Vladiſlao/edixit itaq; vulgo inquiri/ac reſtitui deſiderantibus quicquid religione inuiolatũ eſſe oportuerat, Nullius magis q̃ ipſorũ intereſſe aſſeuerans abſtinere manus a ſacris/pro quibus arma ſumpſiſſent/multũ quidem in armis reponendũ eſſe: ſed in deo plurimũ/qui poſtmodũ in bello nõ modo opem nõ laturus foret contaminatis ſacrilegio: ſed etiam pro templis, pro aris, pro ſacris ſuis contra ſtaturus/niſi a tam execrabili rapina abſtinuiſſent/dimiſſi exinde nonnulli ex captiuis Turcis cũ literis/in quibus ſpondebat̃ omnibus qui ex pręſidijs ſuis elaberent̃ liberũ fore aut ſtipendia facere apud Regem/aut abire quo mallent, Cuius ſponſionis fides integerrime ſeruata/cũ multa loca in deditionem veniſſent/quę acerrime prius defendebantur/timentibus Turcis qui in illis erant aut iniquam ſeruitutem/aut mortem cũ cruciatu/qui tamen Suiniũ ac Pezechiũ tenebant in rupibus paulo editioribus freti naturali locorũ munitione/maluere experiri quid ſe tuendo poſſent, q̃ fidei hoſtiũ credere, Contra quos quia propter opportunitatem ſitus apparebat poſſe ab hoſte facile re-

Sacra nõ eſſe violanda

ditum p̄cludi/ſi caſus aliquis illa redire coegiſſet/viſum eſt omnibus vim oppugnando experiri: itaq; non ſine multorũ clade, cum difficultas nitendi ſurſum longe plus negotij, q̄ hoſtis armato militi exhiberet/vtrunq; oppidũ oppugnatũ: in ea victoria multorum induſtria, multorũ opera claruit/ſed imprimis Tamonenſis Ioannis & Leſconis Bobricij quorum ille dum portas refringit, duo vulnera accepit: hic Pezechij murũ primus aſcendit/& multis alijs aſcendendi opportunitatem prębuit. Tradunt̃ ad quinq; milia ex hoſtibus illic interijſſe/quorũ magnã partem dum p̄da diriperet̃ gladius abſumpſit: Cæteri ad terrorem aliorũ rupibus per quas ſe tutos putabant pręcipites acti: dum hæc a Rege agerentur/afferunt̃ Franciſci Cardinalis literę nunciantes Amuratũ aut fruſtratis arte, aut corruptis precio ſpeculatoribus qui littora ſeruabãt/infra Calipolim qua fauces Helleſponti arctiſſimę ſũt, ingenti multitudine militem reportaſſe in Europã, & coniunxiſſe ſuis/qui nõ procul ab Iſthmo Tracij Cherſoneſi haud ſane memorabili numero pauloante ſe congregauerant. Qua nouitate regis deliberationem immutari oportuit/p̄ſertimq; q̄ plurimi ex ſuis hortabant̃ regredi/aut ſaltem in tuto alicubi ſubſiſtere/donec certus numerus hoſtiũ, & quo ſe primũ conuerterent intelligeret̃, Tamen a Pezechio vbi facile per montana munire tueriq; ſe poterat, Rex in planũ deſcendit/adeo eſt ineuitabile, quicquid id eſt, quod fatũ appellat̃/deinde in obliquũ, Rodopeã vallem biduo emenſus/ad pontũ rurſus ſiniſtrorſum ſub Hemũ declinauit/decimiſq; caſtris Tauarnã aſſecutus in deditionem accepit: Turci enim qui illic fuerant in p̄ſidio auditis quę per eos dies ad Pezechium & Sumiũ geſta erant/aduentũ Regis minime expectauerant. Eodemq; modo Macropolis, Callatium, Galata, Varna, & pleraq; alia circũ littus oppida deſerta ab hoſtibus recepta ſunt/ & Chriſtianorũ firmata pręſidijs. Hemus initiũ capit fere a Meſembria p̄petuoq; dorſo ad Macedoniã & ſuperiorem Miſiã porrectus diuerſis in locis ab vtroq; latere/velut cubitos genuaq; modice extendit. Et primo q̄dem nõ admodũ longe ab origine ſua/ in dextrã reflexus/atq; in pontũ recurrẽs/paulatim in minora iuga decreſcit/donec per colles modice tumentes tandemq; euaniſcens deſinat in planiciem: in eo igit̃ tractu pro natura loci plurimę ſunt

Litteræ Franciſci Cardinalis de trãſitu Turci circa Helleſpontũ.

Fatum

Hemus

valles agreſtes partim & infœcundę/partim pecoribus hominibusq; alendis & natura fertiles & accolarũ diligentia more ſuo conſitę ac ſubactę. Earum nõnullę vndiq; intra colles clauſę/alię ad mare conuerſę littoribus excipiunt: Sed imprimis illa quę Varnę adiacet/humana cura & quantũ fert regio naturali ſitu amœna eſt, & ſpectabilis: Varna vero ipſa in ſinu anguſto & haud ſane profundo admittendis ferendisq; nauigijs grauioribus poſita eſt ad littus/inter duo promontoria/in quorũ altero Galata, in altero Macropolis ſita/littoralia omnia, circa oppidũ vineta, frugiferęq; alię arbores tenent/interiora vallis ad dextrã modicis infrequentibusq; vicis agreſtes tum habitant, tum colunt: in ſiniſtra qua eminet Galata, paluſtris eſt ſub collibus lacuna/quę ad occaſum in alterã vſq; vallem reſtagnanti vnda protenditur: inuitante igitur nõ tam loci opportunitate/ꝓpterea quod aquatio lignatioq; & cætera neceſſaria in promptu militi erant, q̃ valitudine Regis, cuius in ſiniſtro crure qua femori cõmittitur enatus furunculus inflãmationem doloremq; maiorem, q̃ pro magnitudine tumoris cum excitaſſet/viſum eſt illic ſubſiſtere/adhibitisq; fomentis expectare/donec id vlceris in pus verteret̃ atq; exiret, Quo ſumendis tractandisq; in equo armis ſubinde Rex foret expeditior/ſi quid violentũ in itinere caſus attuliſſet: Interea Turci ab Iſthmo Adrianopolim profecti/qua hoſtis aduentare nunciabat̃/citato agmine obuiam prodeunt. Et ſeptimo tandem die haud amplius quatuor milibus paſſuũ, a caſtris regijs conſedere/quorũ aduentum & ſpeculatores nunciabant & nocturni ignes: q̃muis colliũ interuentu proſpectui eriperent̃/tamen ſereno cœlo cum luna a coitu modici lũinis adhuc eſſet/noctẽ ſic ea ex parte inalbabant/vt nõ ꝓpinquitas modo, ſed etiã multitudo ipſorũ indicaret̃: duplicatę igit̃ vigilię nocturneq; ſtationes toto exercitu/edictumq; arma expediri & p̃parari: vbi aũt lux appetere viſa eſt, Hunniadianus Iulianusq; & Deſpotus cũ cæteris/quorũ aut cõſiliũ aut auctoritas requirebat̃/frequentes ad Regem coeũt/ceptaq; eſt conſultatio ſup futuro certamine, Iuliano munire ſe intra currus placebat/diſpoſitis circũ machinis, tormentisq;, quorũ aut fragor terreret, aut impet⁹ arceret hoſtem/ſi munitõibus inſultare voluiſſet nihil prius in aperto aggrediendũ, q̃ p̃cognitę prętentatęq; eſſent

Varna

Iulianus

hoſtiũ vires: veriſimile aiebat maritimas copias quarũ nullus iam vſus in claſſe eſſet/ſequuturas a tergo Turcos/daturasꝙ operã: ꝙ aut coniungerent ſe ſuis aut diſtraherent hoſtem ex parte altera laceſſendo/in eoꝙ omne momentũ rationemꝙ vincendi reponebat/quã ſententiã Franco Banus Agrieñ. ꝙ epiſcopus & pleriꝙ alij ex Hungaris & Polonis ſequebañ/ Rege etiam nõ tam probante, ꝙ nõ reprehendente morã dimicationis: quia lenito interim dolore quo forte ea die grauius ꝙ vnꝙ alias premebatur/ Sperabat ſubinde ſuis integer adeſſe poſſe: Hunniadianus vero & Deſpotus prępoſterũ id dicebant: includi enim vallo nõ eſſe inferentium vltro bellũ: ſed vltimũ confugiũ eorũ qui acie victi ſint, Quod conſilium ſi rogaretur hoſtis, aliud daturus, ꝙ vt poſitis armis obſidendos ſe traderent/omnium rerum ſed imprimis bellorum exitus a principio auſpicari/prout primus congreſſus foret: ita toto bello aut audaciã aut formidinem hos vel illos in aciem afferre/atꝙ ideo nullũ trepidationis ſignũ aut ſuis, aut hoſtibus indicandũ eſſe/in celeritate tranſigendę rei ſalutem conſiſtere/agendo audendoꝙ id genus hoſtiũ terreri, non artibus. Quid futurũ: ſi clauſos munitionibus Turci circũſtetiſſent: neꝙ pugnãdi copiam ſubinde facerent/ cum tolerandę illic obſidioni nihil omnino foret pręparatũ: Nam quod de naualibus copijs diceret ridiculũ omnino eſſe: Vbi enim gentiũ viſum auditumue aliquando, mediterranea bella claſſiarijs peditibus geri/quorũ non alius vſus in terra eſſe poſſet, ꝙ equitũ in mari/quibuſꝙ ſuas artes, ſuãꝙ eſſe diſciplinã/eaꝙ in re valere quoſꝙ plurimũ/ad quam ſtudium exercitationemꝙ adhibuiſſent. Quod ſi etiam contra inſtitutum & profeſſionem ſuam, de claſſe deſcenderent/pręter id qđ non niſi per longũ tempus tam longũ terrę ſpacium pedibus emetiri poſſent/ad terreſtre certamen cõtra equites in peditatu eodem ꝙ naualibus armis inſtructo paruũ omnino/aut potius nullum vſum fore/atꝙ ideo & ſerũ & vanũ eſſe quicquid a claſſe ſperaretur/in qua ſi quid momenti eſſe poſſet terreſtribus pugnis cõmittendis/totũ impenſũ in id fuiſſet/vt poſtꝙ hoſtis in Europã tranſfretauerat/ſaltem circa littora retinereť/dum Rex eo perueniſſet/omiſſa igiť inani ſpe ꝓdeundũ in aciem contra eundem illũ hoſtem, quem ad ſatietatem ſupiore anno fugaſſent cecidiſſentꝙ

Qui trepidus confuſusq; animo inceptaret omnia, & in nullo per ſiſteret, Sed modo in Aſiam, modo in Europã temere ſe transfe=rens/ad minimũ quenq; famę ſtrepitũ/per ſollicitudinem & ter=rorem ſe circũferret, Non q̃ multi ex diuerſo eſſent referre/ſed q̃ animo & audacia/quantũlibet innumerabiles in pręliũ nihil aliud allaturos, q̃ victorũ conſcientiã & formidinem: nõ aſſuefaciẽn=dos milites tuendis ſe vallo & curribus/quę diffidentiũ armis prę ſidia ſunt, Quorũq; vt nullus vſus eueniat inter prima adeo expe tendum. Tunc quando integrũ foret aut armis hoſtem inuadere/aut imbellis multitudinis more ſeptis ac munitionibus ſe include=re flagitioſiſſimũ fore/viros fortes plus in curribus & vallo, q̃ in armis ad ſe tuendũ pręſidij poſuiſſe. Intelligebat Hunniadianus vltimi rerum diſcriminis eſſe/quod ſuadebat/ſed maioris animi viro, q̃ vt ferre poſſet obſeſſorũ tedia moraſq; dum vinceret. Cũ eo ventũ appareret, vt neq; progredi neq; regredi niſi victores poſ ſent, promptiſſimã ad victoriã viam aggredi placebat/militemq; tum proximi anni fœlicitate, tum rebus per eos dies proſpere ge=ſtis alacrem/anteq̃ caſus aliquis animos ſpemq; ipſius refringe=ret, q̃ celerrime ad pugnã producere geſtiebat: ſed etiam vt vim ho ſtium nõ ſuſtinuiſſent/integrũ fore videbaẽ/quid vallo & curri=bus tuendo ſe poſſent expiri. Mouerat cunctos Deſpoti & Hun niadiani ſententia. Rexq; ipſe ſupra dolorem iuueniliter elato aĩo nullam pugnandi moram vltra laturus videbaẽ. Cum trepide ſpe culatores nunciant armari hoſtes, ſeq; inuadendis caſtris p̃para=re: Itaq; dato Hunniadiano ordinandarũ acierũ negotio/cæteri ad ſuos quiſq; aduolant. Ille vero ante omnia circũſpectis locis/per quę aut aperte inſultare, aut inſidioſe erumpere adueniens ho ſtis poſſet/ne quid diſcriminis oborireẽ per inſidias a tergo/ex val le in quam refundi lacunã diximus/inter colles & paluſtria ab ea parte fauces/per quas erumpendũ erat/ſic p̃cluſit curribus retro=actis/vt facilis ad eos receptus foret a loco pugnę deſtinato. A ter go autem minime vlla vis timeri poſſet/obſtructo aditu/& con=uerſis illuc machinis tormentisq;/aut exterrendis hoſtibus auer=tendisq; eminus, aut deterrendis ſi cominus inſultarent/deinde a=ciebus ordinandis mediam vallem Regi tuendã cũ curialibus Po lonis atq; Hungaris aſſignauit. At penes lacũ ad paludem/ vnde

minus timoris erat/tum quia palus imperuia,tum quia prçrupti
montes deſuper impendent/quinqꝫ tantũ Hungarorũ vexilla col
locauit:dextrũ vero latus qua Varna caſtris obiecta erat/omni cç
tero robore exercitus firmandũ ratus/cum ꝓpter acceſſum qui
inter littus paludemqꝫ patet/quicquid laboris ac diſcriminis futu
rum erat/venturũ inde appareret/vexillũ magnũ Hungarorũ du
cibus Franco Bano Agrieñ.qꝫ epiſcopo illic potiſſimũ ſtatuit,De
ſpotumqꝫ cum ſuis/ac Iulianũ cum cruceſignatis illorũ ordinibus
inſeruit.Nec procul a tergo penes currus & munitiones veluti
ſubſidiariã aciem conſtituit/vexillũ diui Ladiſlai ſub Varadienſi
epiſcopo adiecto ei Leſcone Bobricio cum parua manu Polono
rum;ſibi aũt cum Valachis nullũ certum locũ deſignat/vt mini
me turbatis ordinibus/quocunqꝫ res & periculũ vocaret accurre
ret/& nullũ deſtinatũ locum tuendo omnia tueretur.¶Amura
tus aũt cum peditibus reliquoqꝫ equitatu ſubſequens p̃miſerat
expeditiſſimorꝫ equitũ circiter ſex milia.Qui a principio minime
ſe apertis locis cõmittentes/hoſtiũ vires magis inſpicerent q̃ ten
tarent,Oſtendereqꝫ ita ſe illi primã ad dexterã in collibus vnde to
tum exercitũ ordinemqꝫ facile extimare poſſent. Cæterũ ſeu pu
gnç auidi,ſeu Chriſtianorũ paucitate contempta/ex interuallo ſa
gittis hoſtem irritabant:Sed cum Franco Agrienſiſqꝫ ſuos con
tinerent/ne fracto per accliuũ primo impetu/languidi ad hoſtem
in collem peruenirent,Turci timorem id rati paulatim deſcende
re in æqua/inqꝫ ipſos ordines impreſſionem facere ceperunt,Tũ
Franco id vero minime ferendũ prçfatus/hoſtes ſcꝫ qui paucis
ante diebus ſuppliciter pacem petendo ad decertandũ ferro nullũ
eſſe in ſe momentũ confeſſi forent.Qui ſuperiori anno totiens
ex acie fugiſſent/qui ſcopulorũ niuiũqꝫ latebris veluti precariam
vitam deberent/vltro victoribus inſultare:ſignũ dedit ſuis/identi
dem iactans vt virtutis fœlicitatiſqꝫ ſuç memores,in aciem pro
direnr:non ſuſtinuit irruentes Turcus/retroqꝫ per accliuũ verſus/
celeritate equorũ ſe vulneribus eripiebat. Superuenit interim reli
qua equitatus multitudo/parſqꝫ in deſinentem iam vallem ſe re
cepit/pars inuecta in regios ſubeuntes cliuũ deturbat/eos,agitqꝫ
in prçceps.Illi vero rurſus in plano congregati,aciem reſtituunt,
pugnandoqꝫ acriter/quantũ hoſtiũ ex collibus in çquã deſcende

rat/penes vallem ipſam in fugã vertunt atq̃ inſequunt̃: itaq̃ Varadienſis non tam militariũ artiũ q̃ ſacrorũ peritus/cum videret terga dari a Turcis/relicta iampridem ſtatione ſua/cũ magna militum manu veluti ad partam victoriã accurrit/fugientibusq̃ inſtando/temere vna cum Deſpoto & Agrienſi peruenerat ad confertiſſimũ agmen/in poſtremo vallis/vnde a multitudine reiecti in ſiniſtram, Deſpotus quidem ad ordines ſuorũ qui pauci adhuc ſtabant ſe tranſtulit: Varadienſis aũt eadem locorũ inſcitia qua acies turbauerat/per paludes ad montes euaſurũ ſe ratus, in aquã ſe immiſit/fœdaq̃ equi ac ſua luctatione, diu prius in cœno vexatus, tandem ſubmerſus eſt: Agrieñ vero ad lacunã circumuectus Galatam petere inſtituerat. Mox tamen mutato conſilio, ad ſuos in pugnã redijt/nec poſtea vſquã comparuit/ꝓceſſerat vincendo Turcus iam ad diui Vladiſlai vexillum: nam Deſpotus cum Franco & Iuliano ſuperabundante hoſtiũ multitudine, a collibus vltra quã ferri poſſet, cum ſuis retro ad munitiones ceſſerant/ibi diũ ancipiti marte pugnatũ: ſed vbi Leſco qui audendo hortandoq̃ certamen extraxerat, multis vulneribus vndiq̃ confoſſus, moribundus ex equo cecidit/haud dubie res Turcorũ ſuperior remanſerat: nec iam milites tantũ/ſed currus etiam oppugnabant̃, Quorum nonnullos impetu primo euerſos/vt diripi Rex vidit/cum Hunniadiano ꝓpere illuc mouit, Ne quod aduerſę pugnę vnicũ p̃ſidium ſuis futurũ erat, ab hoſte prȩriperet̃: Eius aduentu fortuna ſubito mutata eſt/verſi enim in fugam Turci, vltra duo milia paſſuũ cęſi fugatiq̃ ſunt/tantus erat ardor inſequentis a tergo Regis, q̃ reuocante impenſius Hunniadiano/tandem omiſſis fugientibus, rurſus Iuliano & Franco laborantibus accurrit. Redintegrauerant enim prælıũ Turci ex tota illuc valle conuerſi: ſuperuentu igitur Regis acrius iterũ certamen vtrinq̃ cohortũ/variaq̃ adhortatio: hinc ſacra, religiones, aræ, templa, victoriæ, cum decoribus prius partis, fœdeq̃ hoſtiũ fugę. Gratulationes pręterea & laudes a tot principibus nationibusq̃ adeptę. Ad extremum Chriſtianę rei ſpes, ab eius diei fortuna pendentes iactabant̃: illinc nõ tam imperij q̃ etiam nominis Turcici finis, niſi vincerent oſtendebatur/Aſiam & mare illi obiectũ, ab hoſtibus teneri, quę in Europa ad id locorũ habuiſſent, in euentu eius pugnę periclitari, Nõ

fore quo reuerterẽt victi, quacunqꝫ declinaſſent mortem crucia
tumqꝫ iampridem pręparatũ incurſuros, ad neceſſitatem pugnan
di accedere/ ꝙ non tantũ viribus & numero, ſed cauſa etiam ſupe
riores eſſent: nam contra ius fasqꝫ per ſpeciem pacis laceſſiti: Inſi=
ſterent ergo acriter/ deum fœderis teſtem formidinem fugãqꝫ &
cędem/ in pacis fideiqꝫ violatores conuerſurũ. Cæterũ nõ ſegnio
ribus animis viribusqꝫ pugnantibus militibus, quã duces adhor=
tabantur magna vtrinqꝫ cędes edebatur, Sed ingens Turcorũ nu
merus ſuorũ ſtragem ſentiri nõ ſinebat, Stetitqꝫ diu anceps prẹliũ
tandem ab illis fuga incepta multo cruentior fuiſſet. Si nõ a cę=
de ad prędam Chriſtianos auertiſſent, Cameli onerarij caſu eis
oblati qua hoſtibus inſtabant/ vbi equi etiam odore aſpectuqꝫ in
ſuetorum animaliũ conſternati/ haud facile ſeſſoris arbitrio ſe di=
rigi patiebantur, Hunniadianũ in diuerſum fortuna ſuorũ abſtu
lerat: nanqꝫ vndiqꝫ intentus & laborantibus vbiqꝫ propere accur=
rens/ ad mediam vallem proceſſerat/ vbi ſiniſtra acies impreſſio=
nem hoſtis vix ſuſtinebat. Cæterũ reſtituto illic prẹlio de Rege ſol
licitus/ cuius iuuenilis animus ꝑiculoſę audacię ſuſpicionem facie
bat. Inuenit eum ad Ianizaros pedeſtre militũ genus penetraſſe/
ibiqꝫ pugnã ſubſtitiſſe. Magna vis non hominũ modo ſed equo
rum etiam ceciderat/ alijs gladio confoſſis/ alijs detruncatis cruri=
bus ad terram prouolutis. Nec iam ſolum, ſed cadauerũ ſtrages
pugnando calcabatur, Adeoqꝫ concitatis animis inſtabant vrge=
bantqꝫ viciſſim/ vt rabies non ſtudiũ vincendi videretur: perrupit
tamen Vladiſlaus aduerſam aciem, ablatusqꝫ inter hoſtes longe a
ſuis/ creditus eſt iam tum aut cęſus aut captus/ itaqꝫ haud multo
poſt cum Turci terga iam verterent, Chriſtiani quoqꝫ ex diuerſo
veluti rege amiſſo fugę ſe cõmittunt eodemqꝫ tempore pars vtra
qꝫ cedere inceperat/ Adeo fortuna cuiqꝫ ſua erat ignota/ in tam va
ria frequentiqꝫ victorię inclinatione: ſed vbi Ianizari Chriſtiano
rum motũ animaduertere: ſiſtunt ipſi pedem pugnãqꝫ inſtaurãt/
Hunniadianus aũt qui videret trepidatione ac formidine in ſuos
conuerſa vbiqꝫ ordines turbatos, fœdeqꝫ a multis aciem deſeri/
concitato equo per confertiſſimos hoſtes ad regem peruenit/ pate=
factaqꝫ ſuorũ fuga & pauore/ vt retro ſe ageret obteſtabat̃/ mi=
nime de rerum ſumma deſperandũ dicens/ quippe adeo raros in

acie perijſſe/vt iactura vix apparitura foret/ſi priuſquam ſupē ſtites fugiendo diſſiparentur/ad munitiones & currus ſe cum illis reciperet: in vita ipſius non modo Regna quibus prȩerat, ſed vniuerſam quoq; Europam Chriſtianumq; nomen periclitari. Cum interea nihilominus acriter ille in hoſtem ferretur/cȩdemq; & fugam quocunq; ſe verteret cōmittendo/donec equus ingenti in latus vulnere accepto prȩcipitem per armum dextrum effudit. Nec mora ſuperuenientibus Ianizaris, telorum multitudine non tam confoſſus eſt, q̄ obrutus. Subſtitit pauliſper Hunniadianus, corpus regium ſi fieri poſſet recuperaturus: Sed cū reliquis effuſiſſime diffugientibus, paucos admodum Valachos, qui remanſerant, tam multorum impetum ſecum minime laturos intelligeret/vbi vnum atq; alterum conatum fruſtrari vidit/haud quaquam nefas ducens ſupereſſe aliquem poſt Regis interitum/qui acceptam cladem vlciſci poſſet/ignominiāq; eam delere, ad ſuos retro ſe recepit: indeq; cū poſt fugam iampridem a Deſpoto initam, Iulianus deſperatis omnino rebus cedendum ſuaderet/ſub ipſum crepuſculum per montes in vaſtam ſiluam ſe recepit. Multiq; alij quos nulla prius aut trepidatio aut fuga ſuorum a pugna auerterat/ſubſecuti ſunt illum ad deſerta & montes/inter q̄s Franco & Iulianus, totiens eo in prȩlio & fugere & fugare vtrinq; contigit/vt victoria tandem non ſit a victoribus intellecta: Nā Turci quorum fugam Rex a primo congreſſu fuerat inſecutus/trepidationem in ciuitates circumtulerant quaſi debellato exercitu/victor hoſtis ad eas oppugnandas ſtatim copias eſſet admoturus/& qui pugnare ad noctem vſq; perſeuerauerant/haud vſquaq; viciſſe credentes/incertiq; quo ſe Chriſtiani recepiſſent/dū ſilentium, quod erat intra currus inſidias credunt/biduo a direptione praedȩ abſtinuere. In tota ea pugna Regis virtus imprimis enituit, vtpote in vltimo mortalium operum quod eſſet obiturus, omnia tum conſtantis ducis, tum fortiſſimi militis munera impleuit, occurſando pauentibus, Retinendo cedentes/atq; vbi plurimum laboris, ſpem aliquam ſemper afferendo, Conſilio, manu, voce, tam hoſti inſignis q̄ ſuis conſpicuus, Mortis ſuȩ ſigna prȩceſſerant/dum armaret̄ delapſa manu armigeri galea, & equi, cum inſceenſuro admouebatur/fera inſolitaq; obluctatio: p̄terea

inſtructis iam aciebus inter expectandũ hoſtis aduentum: ſereno
Prodigia tranquilloq; cœlo atrox ſubito ventorũ vis oborta/pleraq; vexil
la Regiũq; in primis dilacerauit, ab haſtaq; detraxit: & mox con=
quieuit/& paulopoſt dimiſſum conuentũ, in quo decreta in Tur
cos ſecunda expeditio/cum qui conuenerant ſe quiſq; ad ꝓparan
dum diſgreſſi eſſent/mota eſt adeo vehementer terra, vt nõ priua=
tim tantũ ædificiorũ partes vt aſſolet deiecerit, ſed pleraq; oppida
pene tota, in prodigiũ vſq; ad ſolum excuſſerit: fluuiorũ etiã quo
rundam curſus alueoſq; cõmutauerit, tenueritq; vulgo fama/
ꝓpter ſubſecutã frugum caritatem vel ſemina, vel agros exinde de
generaſſe. Quot vero ex vtraq; acie ceciderint, haud facile ratio in
iri potuit: nam per vallem perq; omnes colles circum frequens &
varia fuga & cędes fuit, Multi in lacunã & paludem delapſi im=
merſiq;, Multi etiam late in ſiluis vepribuſq; occiſi/Turci Regio
corpore inuento, modicę altitudinis columnã, quę hodie quoq;
viſitur, cum inſcriptione rei geſtę, in eodem loco ſtatuerunt. Hun
gari vero & qui cum illis deſerta petierant/pręter Valachos loco
rum inſcitia nõ facile ad Danubiũ peruenere. Si quos tamen for=
tuna illuc egit, fame, vigilia, ſiti, frigore, laſſitudine, cæteriſq; ma
lis, adeo prius afflixit, vt ſæpe doluerint ꝙ non hoſti potius iugu
landos ſe ꝓbuiſſent. Errantes per ſolitudinem, aut inedia diſſol=
uit, aut ad terras hoſtiles ꝑlatos ſeruitus excepit, Maiorq; multo
fuit erroris clades, ꝙ pugnę aduerſę, Iuliano inter fugiendũ vis il
lata/ſeu prædæ cupiditate/ſeu quia vulgo, quaſi auctor patro=
nuſq; ꝑfidię inuiſus erat/id conſtat ſauciũ ſeminudũq; in deuio
ſaltu exalantem animã a Sanoceo obeqtante inſpectũ, admonitũ
q; ꝙ euentus tandem planũ feciſſet/nõ fuiſſe deo cordi/ea quæ
contra fœdus & iuſiurandũ more magis argutorũ hominũ, ꝙ
ex ęquo & bono diſputaſſet/cũ execratõe relictũ, Hunniadianus
ſupato Danubio, cũ paucis ꝑ Valachiã citatiſſimo itinere in Hun
gariã ꝓperauit: Ne rei malę geſtę fama, ſeditõem tumultũue ali=
quem intrinſecũ excitaret: aut Frederico & Boemis nouarũ rerũ
in orbitate regni occaſionem ſimul & conſiliũ ſuggereret.

¶ Auguſtæ Vindelicorum excuſa, in officina Sigiſmundi
Grim Medici, atq; Marci Vuirſung, Anno virgi=
nei partus. 1519. XXX. die Menſ. Maij.



BIBLIOTEKA POSELSKA ŚL.
KATOWICE

-2

2 tabl.
21 I 2005
DJ

5½